UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Codicis Dn. Ivstiniani Sacratissimi Principis P.P. Avg. Repetitæ prælectionis Libri XII

**Justinian <I., Byzantinisches Reich, Kaiser>**

**Francofurti ad Moenum, M D LXXXVII.**

Francisci Modii in Digesta seu Pandectas notae

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1733

Visual Library

# FRANCISCI MODII I. C. BRVGENSIS IN SACRATISSIMI PRINCIPIS IVSTINIANI IVRIS enucleati ex omni vetere iure collecti Digeſta ſeu Pandectas NOTÆ.

## *Ad Digeſtorum ſeu Pandectarum librum primum NOTÆ.*

*Titulo 1. L. 1. Iuri operam.* I*VS eſt ars boni & æqui*] Ita apparet ius definijſſe etiam Ciceronē in III. de repub. ſi quid Auguſtino de Ciuit. Dei credimus, cæterum quid bonum, quid æquum ſit, & an quatenuſque differant, vide hîc Budęum, & ad legem hanc totam Goueanum lect. variar. lib. 1. cap. 18. & 19.

*Publicum ius in ſacris, in ſacerdotibus*] τὰ *in ſacris* abeſſe à libris Βασιλικῶν monet opportunè eruditiſſimus Pacius.

*Ius naturale eſt*] vide Demoſthenem aduerſus Ariſtogitonem, & Ciceronem in Miloniana, ac rurſum lib. 1. de off. itemque de recentiorib. Forcatulum Dialog. 37. & Auiarij cap. 2.

*L. 4. Manumiſſiones.* *Eſt autem manumiſſio de manu miſſio*] malunt alij, *Eſt autem manumiſſio de manu datio.* vide porro ad hanc legem Ant. Roſcium memorabilium lib. 2. cap. 8.

*L. 5. ex hoc iure.* *Commercium, emptiones*] *commercium* definit Vlpianus, *emendi vendendiq; inuicem ius.* neque aliter vtitur hac voce I. C. in l. ſtatuliberi ꝟ. de ſtatulib. apparet ergo hîc pro quauis alienatione poni, non pro permutatione tantum, vt minus rectè hîc cenſuit Accurſius.

*L. 9. Omnes.* *Qui legibus & moribus*] Marius Salomonius reponit, *legibus aut moribus* quod etiam propter relationis ambages quibuſdam probauit.

*L. 10. Iuſtitia eſt.* *Ius ſuum cuique tribuendi*] alij; *ius ſuum cuique tribuens*: ſed vide tit. 1. lib. 1. Inſtitut. ſtatim in principio. & Alciatum lib. 1. parerg. cap. 39. Io. Mercerium lib. 1. opinio. cap. 4. & Prateium dicæologiæ cap. 5.

*Titulo 2.* *Succeſſione prudētium*] in Archetypo Florentino perſcriptum extat, *ſucceſſione eorum* vnde faciebat flos I. C. Iacobus Cuiacius, *ſucceſſione auctorū* vide eius lib. 7. obſeruat. cap. 25. & l. 2. §. 2. ꝟ. eo.

*L. 2. Neceſſarium.* Hanc legem quidam exiſtimant à Triboniano aut cōpoſitam, aut certè in multis interpolatam & auctā, quod & ego ex lectionis eius incertitudine & varietate facile crediderim.

*Manu à regibus gubernabantur*] alij; *manu regis.*

*Sequentes reges*] alibi vox *reges* abeſt, alibi mutata eſt in *leges.*

*Corinthij filius*] ita vetus liber Taurelli. alij tamen legunt, *Corinthii filii filius.* voce confidenter addita: eſtque etiam repertus qui non minore audacia *Priſcus* pro *Superbus* ſupponeret. ſed in hac varietate Charondę aſſentio reponenti ex membranis, *Superbus L. Demarathi Corinthii F. N.* id eſt, *filii nepos*, ſed de his ne hiſtoricis quidem ipſis conuenit: vide Liuium & Halicarnaſſeum.

§. 1. *Propè viginti annis paſſus eſt*] variant hic alij qui partim, *quadraginta* partim *ſexaginta* ꝓ *viginti* reponunt.

§. 2. *Id eſt legitimæ actiones*] Hæc verba vt adulterina alij hinc eijciunt, alij vt legitima & germana mordicus retinent. vide ciuem meum Rȩuardū de auctor. pruden. cap. 2. & Protrib. cap. 4. item B. Briſſoniū lib. 4. ſelect. cap. 20.

§. 4. *Lege Hortenſia*] Connanus lib. 1. cap. 1. omnibus modis probare nobis conatus eſt, hic *Horatia* pro *Hortenſia* reponendum; ſed quàm fruſtra ſudauerit facile conuincit doctiſſimus Contius in notis ad §. *plebiſcita* Inſt. de iur. nat. gent. & Ciuili.

*Cum ærarium populi anctius eſſe cæpiſſet*] Taurel legit, *auctum eſſe cæpiſſet*, ſed mihi magis placet, vt elegantius longè, quod in veteri codice exſtare idem fatetur, *cum ærarium populi auctum eſſe cæpiſſet.* §. 12

*Partim in carcere necati*] magni viri, Budęus, Zazius, & Haloander addunt, *partim in exilium acti*, quod admittit Cotta, nō admittit Delryo, ampliāt alij. ego verò mihi N. L. vt eſt in vetere formula pronuncio, & iubeo cōſulere lectorem Hieronymum Magium Miſcellaneorum lib. 1. cap. 7. & magis neceſſariò etiam Alciatum lib. 7. cap. 20. παρερ. vbi confidentia quadam Herculea legit, *Ita populi conſenſu partim decemuiris in carcere necatis, partim in exilium actis, rurſus reſpub. ſuum ſtatum recepit.* §. 13.

*Interdum enim viginti fuerunt*] Quærant cui hoc perſuadeant auctores huius lectionis: ego interim Budęo potius crediderim reponenti, *interdum enim ſeni fuerūt*, ſic enim Liuius paſſim ſex memorat creatos, ſemel, quod ſciam octo. Zazius tamen, vir magnus, vulgatam lectionem tuetur. §. 14.

*Decemuiri in litib.*] ita malo cùm Cotta, Alciato in l. *pupillus* §. *Decuriones* ff. de verb. ſignif. & Goueano lib. 1. ca. 25. quàm xv. *viri* cum Charonda, aut *centumuiri* cum Budęo, Zazio, & Haloandro, quod hi magiſtratus non fuerint, ſed coerceri & cogi ſoliti à decemuiris. §. 16.

*De parricidio, de ſicariis*] hic addit Pithœus, vt rectè monet doctiſſimus Gothofredus; *de veneficijs*: alij verò malunt inſeri; *de iniurijs.* §. 17.

*Inter fiſcum & priuatos*] exiſtimat Briſſonius hunc appellatum fuiſſe ærarij præfectum, vide lib. 3. ſelect. cap. 19.

*Qui præfectus olim conſtituebatur*] cl. v. Pe. Faber legit ex Tacito, *Qui profectis olim conſtituebatur.* Charondas verò ope libri m. ſcript. ſic emendandum arbitratur: *qui profectis alijs olim conſtituebatur ferè Latinarum feriarū cauſa, poſtea introductus eſt quotannis, & obſeruatur.*

*Decem tribuni plebis*] ait Charondas in ſuo m. ſ. legi, *decem Trib. mil.* ſed mihi iuxta atque Delryo illud perſuadet recipiendum eſſe. quid enim iſtoc vanius?

*Hic centēmanus appellatus eſt*] Haloander & Oroſcius pro *Centēmanus* reponunt *Cæcus* immenſum à lectione omnium librorum antiquorum recedentes, eiſque credit Delryio occaſione inſcriptionis huius veteris, §. 18.

APPIVS CLAVDIVS
C. F. CAECVS.
CENSOR. COS. BIS. DICT. INTERREX. III. PR. II. AED. CVR. II. Q. TR. MIL. III. COMPLVRA. OPPIDA. DE. SAMNITIBVS. COEPIT. SABINORVM. ET. TVSCORVM. EXERCITVM. FVDIT. PACEM. FIERI. CVM. PYRRHO. REGE. PROHIBVIT. IN. CENSVRA. VIAM. APPIAM. STRAVIT. ET. AQVAM. IN. VRBEM. ADDVXIT. AEDEM. BELLONAE.
FECIT.

Ego verò, vt liberè loquar, adduci non poſſum vt hāc tantam libertatem probem; quare codicum auctoritatem ponè ſequens, legerim aut ita vt vulgò quoque, & in ipſis legere eſt, *Centēmanus*, ſiue *Centummanus*, aut certè *Centimalus* quod Cicero 3. de off. T. Claudij Centimali meminerit. ſed hęc fortaſſe non ſunt tanti.

Θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων] Malè hæc ab Alciato accepta cōfirmat Forcatulus; quem vide Dialogo 1. num. 23. & rurſum in ſphæra legali. & adi Vlpianum in l. 1. de interdictis. *Tit. 3. L. 3. Nā & Demoſthenes.*

L. 6. Τὸ γὰρ ἅπαξ. Ad legem hanc præter leges à Gothofredo allegatas adiunge l. *ſed & ſi reſtituatur*, de iudicijs.

L. 11. *& ideo de his.* *Aut conſtitutione optimi principis*] laudat hanc Iuliani I.C. ſententiam Iuſtinianus etiam in l. 2. §. *ſed quia* Co. de vet. iur. enucl.

L. 15. *In his quæ.* Coniungatur l. 20. de milit. teſtam. vt inde exemplum regulæ colligatur.

L. 16. *ius ſingulare.* Petere exemplum iubet Duarenus ex l. *quod noſtrum*, de vſufr. & ex l. *Maritum*. Solut matr. quas videſis cum hac coniungas.

L. 24. *Inciuile.* *Niſi tota lege*] Æſchines in oratione contra Cteſiphontem Demoſthenem accuſat, quod non integram legem, ſed eius duntaxat partem proponat.

L. 30. *Fraus.* *Fraus enim legi*] Hęc ſumpta ſunt ex rhetorum ſcholis qui ῥητὸν καὶ διάνοιαν, id eſt ſcriptum & voluntatem inter quæſtiones legales ponunt. Vide Alc. in pareg cap. 7. Coraſium lib. 2 Miſcell. cap. 25. Menochium de Arbitr. Iud. lib. 1. q. 7. num. 70. alios.

L. 32. *de quib.* *Quare rectiſſimè etiam illud*] Vide horum conciliationem cum l. 2. Cod. quę ſit long. conſuet. apud Duarenum Diſput. 2. cap. 32. & libro Martini Ant. Delryi cui titulum fecit ψευδαντινομιῶν. conſuleque præterea Ręuardum de auctoritate prudentum cap. 16. & Menochium de Arbit. Iud. lib. 2. cap. 83. & 84.

Tit. 4. L. 1. *Quod principi.* Ad legis huius pleniorem intellectum lege quę ſcribit Alciat. ad l. *bona ciuitatis*. De verb. ſignif. Coraſium lib. 6. Miſcellaneorum cap. 8. Duarenum lib. 2. diſputat. cap. 19. Charondam denique lib. verſ. 1. cap. 2.

L. 4. *Beneficium Imp.* Elegans & idoneum exemplum regulæ, quæ hac lege traditur, apud Herodotum habes de Alcmæone & Crœſo.

Tit. 5. L. 5. *Et ſeruorum* §. *Ex hoc* *Ex hoc quæſitum eſt*] Variè planè hunc textum interpolant, emendant, & explicant, cum alij, tum Ræuardus noſter Varior. lib 5. cap. 13. & Goueanus lib. 2. variar. lect. cap. 11. quos adi.

L. 6. *Libertini.* *Libertini ſunt*] Quod ſit inter libertos & libertinos diſcrimen, docent inter alios Ant. Aug. ad l. 1. de excuſationibus tutorum: Mercerius lib. 1. opinio. cap. 10. Vacca hoc titulo; & Ferandus lib. 2. explicat. cap. 18.

L. 7. *Qui in vtero.* Coniunge cum l. vlt. de bonis damnat. veluti coniunctæ inter ſe quondam fuère; & plenius ſenſum huius legis aſſequeris.

L. 10. *Quæritur.* *Qui in eo præualet*] rationem huius deciſionis inuenies apud Forcatulum Dialogo ſexageſimo octauo in fine. præter quem vide Aulum Gellium, ſiue Agellium mauis, lib. 9. cap. 4. & Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 9. num. 15.

L. 11. *Paulus.* *De coniunctione filiæ*] alij quidam inter quos Aldobrandinus, *de conditione filiæ* legendum putant: non ego.

L. 14. *Nō ſunt liberi.* Interpolata hîc eſſe verba Pauli à Triboniano monet Pacius; ex cuius conſilio vide quæ extant adhuc 4. ſentent. eius §. *mulier*. & adi præterea Vaccam hoc titulo, non tantum ad huius legis, ſed ad ſequentium quoque intelligentiam facem tibi prælucebit.

*Aut prodigioſum enixa ſit*] Nec tamen propterea negabitur peperiſſe, enixáve eſſe, ac conditionem, *ſi pariat*, impleuiſſe l. *quæret aliquis*. de verborum ſignification. non enim pugnat inter ſe, quod quibuſdam fortè videri poterat peperiſſe, & liberorum numero partum non haberi.

L. 17. *In orbe.* *In orbe Romano*] humanum quid paſſos eos, qui hîc *Vrbe* pro *orbe* ſubſtituerunt, docet clariſſ. Alciatus lib. 2. diſpunct. cap 22.

L. 20. *Qui furore.* *Et poteſtatem videtur retinere*] *poteſtatem*, patriam puta: quæ furore non tollitur: Theophilus titulo de nuptijs.

L. 25. *Ingenuū* Exemplum legis huius ſumatur ex l. *res iudicata*. ῑ. de regul. iur. & videatur Couarruuias practic. quæſt. cap. decimotertio.

L. 26. *Qui in vtero.* Coniunge monitore Duareno legem vigeſimamquintam: de condit. & demonſtratione, & leg. 23. de captiu. & poſtlim. reuer.

Tit. 6. L. 3. *Item in poteſtate.* *Proprium ciuium Romanorum eſt*] Etſi enim parentibus liberi vbiuis gentium pareant; apud ſolos tamen Romanos eis acquirunt. l. 2. §. de iuſti. & iure. & Inſtit. tit. de patr. poteſt. Vide Vaccam hoc tit. hic & ad l. ſeq.

L. 11. *Inuiti.* *Vel emancipati non rediguntur*] Connanus contendit lib. 2. Comment. cap. 14. reponendum; *ſemel emancipati*. cui aduerſatur meritò Cuiacius obſer. lib. 10. cap. 23. & Pacius hic. vide & Mercerium lib. 2. opinio. cap. 7. quod autem ait iterum in poteſtatem non redigi emancipatos, verum eſt, niſi ſint ingrati l. vn. C. de ing. lib.

Tit. 7. L. 4. *Magiſtratum.* *Apud quem legis actio eſt*] De legis actione vide Alciatum lib. 3. parerg. cap. 2. Briſſonium lib. 4. Select. cap. 29. Gueuarram ad l. 2. num. 5. ῑ. de officio præſid.

L. 12. *Qui liberatus.* Ad finem huius legis adijcitur alibi verſus integer in hæc verba; *ſed ſi ſemel fuerit adoptatus, amplius adoptari non poteſt*. quem cum alij viri docti rectè à Florentino archetypo abeſſe iudicent, gloſſam cenſentes qua conciliaretur hoc reſponſum cum l. *adoptare*, ῑ. eo. non eſt quod iudicium aliud hic vlterius interponam.

L. 15. *ſi paterfam.* §. *in adrogationib.* *Cognitio vertitur num fortè*] Ad hæc & ſequentes leges faciunt quæ eleganter, vt omnia diſſerit Cicero pro domo ſua ad Pontifices. vide Mercerium lib. 1. opinio. cap. 8.

L. 32. *Nonnūquam.* *Priuignum ſuum tutori adoptare permittendum*] Scitum eſt tutori pupillum adoptare non licere niſi ſubſit cauſa l. *nec ei*. §. eodem. ſed hîc ſubeſt ea. ſcil. vt coniugalis concordia retineatur. nihil itaque reſponſa hæc inter ſe pugnant.

L. 44. *Si is qui nepotem.* *Vt etiam iure legis nepos ſuus eſſet*] probat mihi, probauit alijs ante me Duarenus lib. 2. diſp. cap. 14. lectionem in alijs libris repertam; *Vt tam iure legeq; nepos*, &c. confirmatur enim formula rogationis cuius mentionem habes apud Gellium lib. 5. cap. 19. Vide etiam Contium lect. ſub. lib. 1. cap. 6. Coraſium Epiſtol. quæſt. cap. 4. & Vaccam hoc titulo.

L. 46. *In ſeruitute.* *In poteſtatem meam redigi beneficio principis poteſt*] omnino, niſi ſit libertus alienus l. *ſi paterfam.* §. hoc tit. Vide etiam hîc Vaccam.

Tit. 8. L. 3. *Item lapilli.* *Quæ in littore inuenimus*] ſubiungunt hîc viri docti, aut potius inſerunt; *& occupamus*. vt inuenire, inquiunt, hic cum effectu accipiatur vt l. 1. in princip. de acquiren. poſſeſſ.

L. 5. *Riuarum* *Et ex mare reducere*] Hæc eſt Florentina lectio, præ qua malunt aliam alij; *& ex mari deducere onus aliquod, & in his reponere*, in quo hactenus ipſis aſſentio, vt hic quoque veterem ablatiuum *mare* retinendum putem, perinde atque §. ſeq. cum ipſis quoque fatentibus, Varro dixerit; *Ab Erythræo mare orti*. & alibi; *In mare aquam frigidam oriri*. reliqua legantur ſanè vt ipſis placet. & videatur Forcatulus Dialog. 86.

L. 6. *in tantū* Coniunge, ſi Duarenum audis, l. *ſi quiſquam*. de diuerſ. temp. præſcrip. quod ex hac quæſtione difficilis dependeat antinomia.

§. 4. *Etiam diruto ædificio locus ſacer manet*] Ratio diuerſitatis inter locum ſacrum & publicum eſt; quod in ſacro nihil interueniat quod priſtinam cauſam mutet; diruto verò ædificio in litore poſito, interuenit noua cauſa, quæ ius mutet; quia mare rurſum occupat; vt hic in princ. & l. penult. ῑ. eod.

§. 5. *Cenotaphium quoq;*] de Cenotaphio vide ad ſatietatem Alciatum lib. 10. parerg. ca. 12. Forcatulum Dial 1. nu. 28. Briſſoniū Select. Antiq. li. 2. cap. 15. Vaccam hoc tit. quod autem ſtatim præcedit; *Et licet poſtea ratum habuerit*; eo loci malè Haloander negatiuam inculcabat; ratihabitio enim mandato comparatur l. *ſemper* ῑ. de reg. iur. l. vlt. C. ad Macedon.

L. 10. *Ariſto.* Confer cum l. 50. de acquir. rer. dom.

Tit. 9. L. 1. *Conſulari.* Sumptum hoc totum eſt ex titul. de rebus auct. iud. poſſ. vbi quærebatur de dignitate creditorum vt colligere eſt ex l. 9. & l. 10. de pact. vide Vaccam hic; Ferandum lib. 1. Explicat. cap 7. Briſſonium lib. 3. ſelect. Antiq. cap. 16.

L. 8. *Feminæ.* Sumptum ex l. 12. de iudicijs vbi clariſſimorum eſt mentio.

L. 12. *Nuptæ.* *Qui à patricijs*] Patricij Iuſtiniani ætate dicebantur patres reipub. auctore Suida. & toto titulo de conſul. & patricijs lib. 12. Cod. vide autem ad alia huius legis Bellonum lib. 4. ſupput. cap. 10. Hotomannum lib 1. obſeruat. cap. 15.

Tit. 12. L. 1. *Omnia.* §. 12. *Milites ſtationarios*] ita eos appellat qui in ſtationibus diſpoſiti erant, vide Plin. lib. 10. Epiſt. Suet. in Tiberio ca. 37. l. 3. ῑ. de re milit.

Tit. 13. L. vn. §. 3. *Hodieq; obtinuit indifferenter quæſtores creari*] Ant. Auguſtinus lib 2. Emend. cap. 1. ait Florentiæ legi; *vt indifferenter* phraſi Græca. ſed ille, an librarij Florentini errarint, docti viri dubitant.

Tit. 14. L. 3. *Barbarius.* *Barbarius Philippus*] Pomponius hunc, ſeruitute non obſtante, prætorem fuiſſe putat: rectius tamen Vlpianus ait eum prætura functum eſſe. neque enim videtur populus aut princeps conceſſiſſe, qui huius conditionem ignorabat arg. l. *ſi per errorem* ῑ. de Iuriſdict. Aliud autem eſt eſſe Prætorem, aliud fungi prætura; ſicut eſſe ſeruū, & eſſe in ſeruitute l. *ei quoq;* ῑ. ex quib. cauſ. maior. §. vlt. Inſtit. de ing ſimiliter poſſidere, & eſſe in poſſeſſione.

l. 3. §.

l. 3. §. vlt. l. 10. ꝭ. de acq. poſs. In hac igitur ſpecie, inquit Pacius, Barbarius Philippus non fuit prætor, ſed prætura tantum functus eſt. vide Goueanum lib. 1. lect. cap. 6. Guibertum lib. 1. Quæſt. iuris. cap. 11. & 20. Contium lib. 1. Diſputat. cap. 2. Briſſonium lib. 4. Select. Antiq. cap. 20. alios.

*Magis in imperatore obſeruandum*] vtpote qui poteſtatem omnem populi conſecutus, ad hoc etiam legib. ſolutus ſit. l. 1. ſ. de conſtit. princ. & l. *princeps* de leg.

*Tit. 15. l. 3. Nã ſalutem. §. 3.* *Coerrare calciatum*] conijciunt alij an ſi fortè legendum ſit *coerrare caligatum*, vt ducatur à *caliga* militari indumento, quod cognomentum indidit Caligulæ Imp.

*Tit. 16. l. 2. Omnes.* *Apud legatum vero proconſulis nemo manumittere poteſt*] atqui habemus legem disertè contrariam ſub tit. de manumiſ. vind. in hæc verba. *Apud proconſulẽ, poſtquam vrbem egreſſus eſt, vindicta manumittere poſſumus: ſed & apud legatum eius manumittere poſſumus*. quid igitur dicendum? fateor, torſit me diu hic locus, nam quod alij hic ſubaudiendum putant, antequã prouinciam ingreſſus ſit, vt ſit hæc differentia inter proconſulem & legatũ eius, quod ille ſtatim vrbe egreſſus auctoritatem manumittentibus det, hic non antequam prouinciam ingreſſus ſit, id verò auctoritate planè caret, vt nec illud ſolidiorib. fulcitur rationibus, mandata legato generali iuriſdictione hanc poteſtatem manumittedi in legatum non transferri, ſecus ſi ſpecialiter mandetur: omnino enim caret legis actione legatus proconſulis, vt lege ſequenti docet Vlpianus, & is demum poteſt manumittere, qui legis actionem habet, vt traditur in l. 4. de Adopt. l. vlt. C. dè vind. lib. & à Paulo lib. 2. ſentent. tit. Quemadmodum filij ſui iur. effic. Ad aliud igitur confugiendum eſt, & reperiò omnino duos, qui hunc nodum aut ſcindant aut ſoluant, ex quibus vir incomparabilis Iacobus Cuiacius addita negatiua, quam duorum veterum librorum auctoritate niti ait, *Sed & apud legatum eius manumittere non poſſumus* legit, alter verò nouitius & nuperus muſteuſque ſcriptor Petrus Burgius in illa l. *Apud proconſulem* reponit pro *Sed & apud legatum eius*; *Sed & apud legatum Cæſaris*. quod inquit τὸ *Cæſaris* antiquitus compendioſè *caes.* ſcribi ſoleat, vnde eius rei imperiti, cùm quid eo facerent aliud non haberent, illud eius interpolarint, maximè quod initio proconſulis mentio facta eſſet. tu lector iudicabis: neque enim noſtrum tantas componere lites. niſi quod apud legatum Cæſaris quoque manumitti potuiſſe docet l. *non eſt*. De manumiſſ. vind.

*L. 4. obſeruare.* *Nemo proconſulum ſtratores ſuos habere debet*] Goueanus lib. 1. lect. cap. 42. pro *ſuos* reponit *ſeruos*: perindeque in l. 11. loc. vbi eſt, *Quod tales habuerit vel ſuos vel hoſpites*; reponunt alij, *vel ſeruos vel hoſpites*: quorum neutrum viris doctis placet. qui per *ſuos* aiunt proprios & domeſticos, & ſi ita vis, ſeruos ſignificari. ſuoſque illud in Florentino archetypo vtrobique repertum confirmant poſterius Baſilica in quibus eſt ὁ μισθωτὸς τὴν ἀμέλειαν τῶν ἰδίων καὶ τῶν ξένων ἐπιγινώσκει. Vide Cuiacium obſeruationum lib. 11. cap. 1.

*Tit. 18. L. 6. Illicitas.* *Veritas rerum erroribus geſtarum non vitiatur*] ità planè eſt; pręſumitur tamen verum, quod quaſi verè geſtum ſcribitur; niſi veritas alia probetur l. *ab ea parte* ꝭ. de probat. vide Pileum quæſt. 108. & Vaccam hic.

*§. 5.* *Lumine vnico*] legit Cotta, *limine vnico*: quod mihi minus placet propter morem hodieque præbendi inter alia militibus lumina: tu vide Tiraquell. connub. leg. 10. num. 28. & Zoannettum reſtitut. ad ff. cap. 21.

*L. 12. Omnia.* *Romæ varios iudices habent*] ſunt quibus placet, *varios indices habent*: de quo cum alijs placere videam, ego ſanè ἐπέχω.

*L. 14. Dinus.* *Marcus & Commodus* pro *Commodo* alij *Verum* reponũt, vt ſint hęc verba reſcripti diuorum fratrum, de quo ſ. l. prox. §. 1. vide & Aurpachum lib. 2. allegat. cap. 41.

*L. 18. Plebiſcito.* Coniunge l. *qui officij* de cont. emp.

*Tit. 19. L. 3. Curatores.* *Quia huius pœnæ conſtituendæ ius non habent*] hæc eſt lectiò Florentina, quam defendit iure Ruſſardus: etſi enim deportare non poterant, alias pœnas infligere poterant, quod negant diſertè Norici, dum inducto τῷ *huius* ſcribunt, *Quia pœnæ conſtituendæ ius non habent*. & tamen huius quoque vitioſæ & falſi manifeſtæ lectionis aſſertorem habent Aldobrandinum ad lib. 1. Inſt. pag. 79. col. 4.

*Tit. 21. L. 1. Quæcunque.* *Huius rei fortiſsimum argumentum, quod lege*] A contrario. ſ. ſenſu, quod tamen non valet, ſi contradictiò, aut aliud abſurdum ſequatur, vt declarant doctores hic & in l. *conuenticula* C. de epiſc. & cleric. Cæterum vide Alciatum lib. 2. paradox. cap. 1. & 6. lib. 3. diſpunct. cap. 4. Cuiacium lib. 15. obſer. cap. 39. Io. Robertum lib. 4. recep. ſentent. cap. 22. Charondam de iuriſdict. lib. ſingulari pag. 47. & 54.

*Paulus notat & imperium*] Paulus intelligens verbum *animaduerſionis* ambiguè dici, nunc de qualibet coercitione, nunc de maiore l. *ſi quid erit* ſ. de off. proconſ. notat miſtum imperium tranſire; fruſtra enim ei mandaretur iuriſdictio ſine aliqua coercitione l. vlt. ꝭ. eo. merum enim imperium, ſiue maior animaduerſio mandari non poteſt l. *ſolent* ſ. de off. proconſ. *§. 1.*

*Cognitio de ſuſpectis tutoribus mandari poteſt*] Quæ ſi mandata non fuerit, ſolus præſes de ea pronunciabit l. 1. §. *ſuſpecti*. ad Turpil. quæ quidem lex ſi hoc ſenſu accipiatur, non tam vehementer pugnabit cum hac noſtra, ac vulgò putatur. vide autem hîc etiam Io. Robertum li. recep. lect. 4. cap. 22. & Vaconium lib. 6. declat. 80. *L. 4. Cognitio*

Ad legem hanc vide Alciatum lib. 4. diſpunct. cap. 20. & contra eum ſtrenuè rem agẽtem Forcatulum Dialog. 62. pręterea Charondam lib. 1. verſ. cap. 3. & Menochiũ de arbitr. Iud. caſ. 254. *Tit. 22. L. 4. Diem functo.*

*Legato Cæſaris*] .i. præſide, inquit, Contius: quam interpretationem hauſit ex l. pen. ſ. de off. præſid.

## AD DIGESTORVM SEV PANDECTARVM LIBRVM SECVNDVM Notæ.

*De Iuriſdict.*] ſcripſerunt de Iuriſdictione præter, & poſt alios, Longouallius, Gillotus, Loriotus, Baro, Goueanus, Duarenus & Charondas, qui dum inter ſe altercantur, verum illud verbum fecerunt, nimium litigando veritatem amitti. *Tit. 1.*

Ad leges has duas vide Coraſij Miſcellanea lib. 3. cap. 19. & rurſum epiſt. quæſt. cap. 2. & cap. 9. Duarenum lib. 1. diſput. cap. 53. Io. Robertum recept. lect. lib. 4. cap. 22. alios alibi. *L. 1. Ius dicẽtis. & L. 2. Cui Iuriſdictio.*

*Iuriſdictionis perpetuæ cauſa*] Erant iuriſdictionis perpetuæ, cùm Prętor generaliter edicebat quibus de rebus, aut quomodo in omnib. cauſis & omnibus perſonis ius eſſet dicturus, quamdiu magiſtratu fungeretur. l. 2. ſ. de orig. Iur. vide Duarenum lib. 1. diſput. cap. 48. Cuiacium obſeruationum lib. 10. cap. 10. Coraſium lib. 4. Miſcellan cap. 6. *L. 7. Si quis id.*

*Iniuriam fecerunt vel damnum dederunt*] coniunge l. 32. ꝭ. ad l. Aquil. & l. 1. §. pen. ꝭ. ſi fam. furt. fec. dic. *L. 9. Si familia.*

*Neque ſibi ius dicere*] Iudex datus non poterat iudicãdo & cognoſcendo recedere ab ea formula, quam ei prętor præſcripſerat, qui eum iudicem dederat, ſed ei parere cogebatur. itaque non erat iniquum nec periculoſum, iudicem dari patrem filio, aut contra l. *in priuatis* ꝭ. de iud. cum autem is qui iuriſdictioni præeſt, poſſit pro ſua poteſtate, quiduis ſtatuere, nec adſtringatur certæ formulæ, merito ius dicere prohibetur ſibi, totò tit. C. Ne quis in ſua cau. iud. vel ius ſibi d. vide Duarenum lib. 1. diſpu. cap. 51. Loriotum de conſanguinitate, axiomate 33. Vaccam hîc. *L. 10. Qui iuriſdictioni.*

*Subijciat ſe iuriſdictioni alterius*] Hoc de iuriſdictione contentioſa accipiendum eſt, non de voluntaria l. *apud filiumfam.* ꝭ. de manu. vind. vide Pacium & Zazium lib. 2. ſingul. reſponſ. 19. *L. 14. Eſt receptum.*

*Qui dicat conſenſiſſe eos in præſidem*] prò *præſidem* reponit Cuiacius (vt & Gothofredus monet) *præſentem*. Charondas verò ait ſe reperiſſe in m. ſ. cod. quo præcipuè vſus ſit grandioribus litteris *P R.* vnde *prætorem* facere liceat. *L. 15. Si per errorem.*

*Nemo compelletur eiuſmodi conuentioni ſtare*] imo cõpelli notat Gothofredus ex l. 29. in princ. C. de pact. quam antinomiam quidam ſic ſoluunt. in l. 29. C. de pact. conſenſum enim eſt in alienũ iudicem in contractu faciendo: itaque iniquum fuiſſet, eum iudicem recuſare, maximè cùm aduerſarius aliter contracturus non fuiſſet. hic autem nihil eſt eiuſmodi. hoc igitur diſcrimen docet has leges diuerſas eſſe, non pugnantes. Vide Cuiacium ad hanc legem. & Couarruuiam ad c. quamuis parte 1. §. 4. nu. 7. de pact. lib. 6. *L. 18. Si conuenerit.*

Huius edicti explicationem pete à Duareno diſpu. lib. 1. cap. 49. Cuiacio in paratitlis, Lorioto axiom. 44. & Vacca hîc. *Tit. 2. L. 1. Hoc edictum.*

*Non tamen duumuiris*] ſunt qui legant, *non tantum duumuiris*, verùm cùm hi magiſtratus municipales ſint l. *dies* §. *ſi fortè*. ꝭ. de dam. infect. neque iudicationem habeant, multam indicere non poſſunt l. 2. in fin. de iud. l. aliud. de verb. ſign. Vide Auguſtinum Emend. lib. 3. cap. 7. Duarenum diſput. lib. 1. cap. 50. Io. Robertum recep. lect. *Tit. 3. L. vn.*

lib. 2.cap.8. lib.4.cap. 21. & 22.

*Tit.4. L.2. in ius vocari.* *Qui equo publico in cauſa publica* ] Accipi hoc poteſt vel de recognitione quā Fabius Max.inſtituit, cùm videlicet equites recenſentur; vel de his qui in cauſa publica, diſpoſitis equis cum diplomate (cuius rei Plinius meminit & Venuleius in l. *continuus*. de verb.obligat.) proficiſcuntur. Equi autem publici meminit etiam Vlpianus in fragmentis tit. 7. porrò de vera huius legis lectione vide ciuem meum Ræuardum lib.1. varior. cap. 6. & 2.cap.15. itémque Protribun. cap.9. ac præter hunc, Cuiacium obſeruat.lib.13. cap.29.

*L.6. parentes.* *Parentes naturales in ius vocare nemo poteſt* ] Suſceptus ex concubina patrem nouit, & naturalis vocatur pater §. pen.& vlt. de nupt. Inſtit. Hunc igitur parentem filius in ius vocare non poteſt.

*L.8. Adoptiuum.§.2.* *Pleriq; Iuliani ſententiā probant* ]alij addita cōiunctiua *Et pleriq;* l.ſ.p. vide autem l. *qui contra legem*. j. de iur.pat.

*L.10. Sed ſi hac lege §.1.* *Qui manus iniectionem excepit* ] .i. vendicatione nulla exſpectata iudicis auctoritate, ſic j.l.pen.de ſer.export.& l. *ſi vt manus* C.ſi ſer.export.vend.

*§.6.* *Sed ſi fuerit reſtitutus* ] Si princeps generaliter in integrum reſtituerit, priſtinum ſtatum condemnatus recipit hîc, & l.1.C. de ſent.paſſ.l.1.§.pen. de poſtul. Quod ſi cui tantū indulſerit, pœnā tantum remiſit: non etiam in priſtinum ſtatum reſtituit. l. *tutor*. l. *in inſulam*. l. *generalis* C.de ſent.paſſ.l.vlt.C.de gen.abol. Vide porrò ad hunc §. Io.Rober.li 3.recep.ſent.c.9. Et Briſſ.li.1.ſelec.Antiq.c.13.

*L.13. Generaliter.* Ne hæc lex ſuperuacua videatur, accipi eam conuenit de ijs perſonis, quæ parentum loco habentur, vt ſocero, ſocru, nouerca, arg.§. *affines* Inſt.de nup.v.Eguin.Baronē.

*L.17. Eum pro quo.* Hoc reſponſum ideo collocatum eſt ſub hoc tit. quia qui in ius vocabatur non ibat, ſed cauebat. j. in ius voc. vt eant vel ſat. vel caut. dent. docet igitur quomodo agatur cum eo qui cauit nomine in iudicio vocati. vide Loriotum de Pact.axiom.56.

*Tit.5. L.2. ex quacunque §.1.* *Si quis in ius vocatus non ierit* ] Modò ex numero eorum ſit quos in ius vocari oportet, alioqui ſi non debuit omnino vocari, vt magiſtratus, aut certè ſine permiſſu prætoris, vt patronus & cæteri, de quib.l.2.3.& 4.s̄. prox. tit. venire non debet; ac ſi ducatur, iniuriarum vel in factum agere poteſt. Vide Baronem & Benedictum Capram in Regul. concl.19.

*Tit.6. L.4. Qui duos* *Non videtur eos ſtetiſſe* ] Itaque pœna integra committitur: ſed qui pro rata vnius pœnam offert, defenditur per doli exceptionem l.9. j. ſi quis caut. porro vide hic A. Gellium lib.2.cap.14.

*Tit.7.* *Ne quis eum, qui* ] Differt hic tit. à 10. de eo per quem factum quod hoc tit. is coercetur qui fecit quo minus is qui in ius vocatus erat, ſequeretur, decimo autem is qui fecit, quō minus is qui cauerat iudicio ſiſti, ad diem ſua ſponte veniret. Vide Cuiacium.

*Tit.8. L.2. Fideiuſſor.§.2.* *Prætor ait* ] ad hunc §. & §. vlt. vide Coraſium Miſcell. lib.2 cap.2.& lib.5.cap.10. Cuiacium lib.7.obſer. cap.11.& Loriotum de eo quod intereſt, axiomat. 10.

*L.4. Si deceſſerit.* *Si deceſſerit qui fideiuſſorē dederit iudicio ſiſtendi cauſa, non debebit prætor iubere exhibere eum* ] planè ſi dolus malus fideiuſſoris abeſt l. *ſi eum*. §. *homo*. j. ſi quis caut. Vide Pacium, hic & Loriotum de morte axiom. 9.

*L.7. Si fideiuſſor.* Sumpta eſt hęc lex ex tit. de pet.hær. vbi de ſatiſdatione agitur & fideiuſſione l. *Diuus*.

*§.fin.* Ad hunc §. videatur Io.Robert.recept.ſentent.lib.3.ca. 21.& Menochius de Arbitr.Iu.lib.2. cap.87.

*L.11. Iulianus ait.* *Si antequam mandarem* ) Vnde petitio principalis, & iudicium erat inutile, l. *item ſi*. j.neg.geſt.& per conſequēs acceſſorium, ſc. acceptio ſatiſdationis. l. *cum principalis*. j. de reg.Iur. atq; etiā magis quod vitioſa ab initio tractu temporis non conualeſcunt. l. *quod ab initio*. j. de reg.Iur. Reſpōdetur tamen valere fideiuſſionem propter ratihabitionem, quæ retro trahitur & efficit vt perinde ſit, ac ſi mandatum eſſet ab initio, l.vlt.C.ad Macedon.

*Tit.9. L.5. Si ſeruū.* *Si ſeruum in eadem cauſa ſiſtere* ) Hoc reſponſum non pugnat cum l.1.de pœn. j. quod enim hic, *aliter de ſeruo*, & non tam ad genus pœnæ, quàm ad cognitionis ordinē & rationem referendum eſt. nam ob genus pœnæ non fit ius actoris deterius. certum autem eſt, aliam eſſe formam cognitionis, cum liber homo, quàm cum ſeruus accuſatur l.2. j. de cuſto.reor.l. *Domitianus*. j. ad Turpil.& toto tit. de quæſt. vide Duarenum, Cuiacium obſer.lib.10.cap. 22. Gilbertum Regium lib.2. ἐναντιοφανῶν cap. 51.

*L.6. Sed ſi ſtatuliberum.* Hoc capite non agitur de pœna ſtatuliberi, & an puniatur vt ſeruus, vel vt liber. Itaq; non aduerſatur l. *ſtatuliberi*. de ſtatulib. Quæritur autē an qui ſtatuliberum ſiſti promiſit, ſtitiſſe & ſatisfeciſſe promiſſioni videatur, ſi liberū ſtiterit? Et ſanè videtur cum non promiſerit, quod non potuit facere, ne ſtatuliber ad libertatem perueniat, quæ ſtatuto tempore omnibus inuitis illi competit: nec ſtipulator quoq; id à fideiuſſore ſtipulatus videtur: cum ſciret libertatem eius impediri non poſſe.

*Tit.10. L.1. Aequiſſimum §.4.* *Omnes tenentur, ſed ſi vnus* ) Ex edicto omnes in ſolidū tenētur, q̄a omnes deliquerūt, l. *ſi ita vulneratus*. j. ad l. Aquil. actor tamē vna exactione cōtentus eſſe debet, quādo quāti ſua intereſt agit, nō in pœnā vt hic. Cōtra ſi pœnale ſit vtrinq; iudiciū: nā aduerſus ſingulos in ſolidum experietur. l. *ſi quis id quod* s̄. de iuriſdict.& l. *item Mela* j. ad l. Aquil. Vide Eguinarium Baronem.

*Tit.11. L.2. Non exigimus.* Sumptum ex tractat. de except. & coniūgendum cum l.2. de Tranſaction. Vide Duarenum hic, Ræuardum noſtrum ad leges xij.tab. Cuiacium obſ. lib.3.cap.40. & lib. 12.cap.18. Coraſium denique Epiſt.quæſt. cap.34.

*§.3.* *Iubet diem iudicij eſſe diffiſum* ) *diffiſum*, id eſt prolatum: vt & in l.27.& l.33. de recept. qui arbitr. I.C. ea voce vtuntur. Budæus tamen mauult legere; *diem iudicij eſſe diffuſum* vt ita dicatur *dies diffuſus*, vt *vinum diffuſum*, quod ex dolio in aliud vas transfunditur; cui etſi adſtipuletur Hotomannus, ego tamen nihil muto. Ita enim ex I.C. more etiam dixit Horatius: - *Nihil hinc diffindere poſſum*. vbi vide veterem interpretem. & memineris à nobis ſtare Pandectas Florentinos: de quo conſulatur Ang.Politianus Miſcellan.cap.41.

*L.4. Sed etſi. §.4.* Quæ ad hunc §. notauit Alciatus Parerg. lib. 2. cap.27. ea reprehendit lib.1.Miſcellan.cap.19. Coraſius. Cæterum vide & Molinæum de eo quod intereſt num.190. & Cuiacium lib.14.obſer.cap.7. itémque Menochium de arbitr. Iud.lib.2.caſu 80.& Guterium reſolut.part 1.cap.24.

*§.5.* *Pluris quam ſtatutum eſt* ) Statutum eſt, vt fideiuſſor in veram quantitatem teneatur, niſi pro certa quantitate acceſſerit l.2.§.vlt.s̄. qui ſatiſdar.cog.

*L.12. Qui autem.* *Qui autem nouo priuilegio vtitur* ) Intellige eū, cui ſpeciali principis beneficio, præter commune priuilegium, vt militare fortè conceſſum eſt vti priuilegio fori, etiam lite conteſtata l. *Idem Vlpian*. j. de excuſ. tut. alioqui poſt vocationem in ius, nemo habet ius reuocandi forum l. *ſi quis poſtea* j. de Iud. Vide Loriotum de eo quod intereſt, axiom.48.

*L.13. Quotiēs.* *Vel conuenire non poteſt* ) Niſi ex certis cauſis puta, de quib. vide l.53. j. de iud.l.vlt.C.vbi cauſ.fiſ.l.1.C.ſi per vim vel alio modo.

*Tit.12. L.1. Ne quis meſſium.* *Neque enim prætoris factum iuri derogare oportet* ) Prætor iudicando nihil iuri derogare potuit: ſed eum oportuit ex iure ſtatuere, vt hic. propoſuit tamen edicta quib. interpretatus eſt, ac ſuppleuit quæ deſiderabātur in iure ciuili, & quibuſdam articulis veterum legum derogauit l. *ius autem*. & ſeq. s̄. de Iuſt.& iur. §.1. de bon. poſſ. inſtit. deinde ea edicta à populo in honorem prætoris ſunt recepta. Itaque magis auctoritate populi, quàm prætoris valuerunt l.2. s̄. de orig. Iur. Vide autem Pilæum quæſt. 123. Io. Robertum lib. 4. recept. lect. cap.23. Briſſonium lib.1.ſelect. Antiq. cap.16.

*L.6. Si feriatis.* *Iudicatum facere cogat* ) .i. ſententiæ ſatisfacere, non ſolum ſi in faciendo ſit vt voluit Accurſius, verum etiam ſi in dando. ſicq. accipitur l. *& ſi*. j. de noxal.act.

*L.7. Oratione.* Coniunge l. *notionem*. de verb.ſignif. & alteram ex altera interpretare. vidéque A. Gellium Noct. Attic. lib.3. cap.2. Macrobium Satur.lib.1.cap.3. Vigelium paradox.6.

*Tit.13. L. Qua quiſq;* Huius edicti interpretationem pete ex l. 1. de except. l. *actionis* de oblig.& act.& de vera eius lectione vide Duarenum diſp.l.1.cap.13. Io.Robertum lib. 3. ſentent.cap.13. Forcatulum in Cupidine Iuriſperito cap.17. Cuiacium li. 8.obſer.cap.15. Politianum denique in Miſcellaneis.

*§.2.* *Ne quid excogitetur è die* ) .i. ne ex editione diei & conſulis naſcatur occaſio fraudis alicuius excogitandæ, vt fortè diei repetendæ l. *repetita* j. de fide inſtru. vbi quod *repetita die*, hîc *prælato die* dicitur. pro quo malè alij *perlato*, alij etiam *prolato* legunt.

*L.6. Si quis ex argentarijs.* *Vel in horreo* ) hîc enim etiam pretioſiſſima quęque reponebantur l.pen.§. *effractura* s̄. de of.præf.vig. vide Forcatulum d.cap.17.

*§.6.* *Si initium tabularum* ) conſule Menochium de arbitr. Iud.lib. 2. caſu 64.

*L.10. Argentarius.§.3.* *Cum autem in id actio competit.* ) Conciliationem huius §. cum l. ſemper §. *hoc interdicto* j. vnde vi & l. *qui tabul*. j. de furtis pete à Duareno, de in litem iurando numer.55.

*Tit.14.* *De pactis* ) Scripſit ad hunc tit. eleganter Duar. Scripſit & Æmilius Ferrettus, qui deſinit in l.7. niſi quod poſtea addidit §. *pactus ſi peteret* l. *Si vnus*. optiméque Cuiacius; qui quid iſte titulus cum præcedentib. commune habeat docet obſer.lib.10. cap.30.

*Pactum*

*L. 1. Huius edicti.* *Pactum autem à pactione*] reſpicit, ait Pacius, vt in l. 1. de Iuſt.& iur. ad rem ipſam, non ad voces. de reliquo vide Charondam Veriſim.lib.1.cap.4.Io.Robertum lib.2.ſent. recept.cap.1.Hotomannum variar. diſput. vol.1. cap.7.

*L.7. Iuriſgentium. §.2.* *Ille ait ciuilem incerti actionem*] Si ignorans dedit ſeruum; alioqui ſi ſciens, de dolo actio competit. l. *naturalis* §. *ſed ſi dem* ȷ̃. de præſcriptis verbis.

*§.5.* *Quæ in ingreſſu contractus*] non ſignificat ab initio, ſed dum contractus ingreditur & ambulat .i. dum contrahitur. dicitur enim contractus ambulare l. *ſed vbi* ȷ̃. de minorib. vide Pacium hîc, Coraſium lib. 3. Miſcel. cap. 10. Charondam Veriſim.lib.2.cap.9 Forcatulum Dialog.89. num.1.& 5. Mercerium opinio. lib.1. cap.16.

*§.7.* *Facta erunt, ſeruabo*] Modò dans actionem, modò formans actionem, modò dans exceptionem, modò negans actionem. tot enim ſunt vires pacti, & ſignificationes verbi *ſeruare* §. 4. & 5. s̃.h.l. l.10.Cod.hoc tit.l.44.§.1.ȷ̃. fam. erciſ. l. 41.ȷ̃. de acquir. rer.dom. Vide iterum Pacium hîc, Forcatulum Dialog.69 nu.2.& 4. Vaconiũ li.5.declar.67.

*§.8.* *Non minus ex verbis quàm ex mente*] Duar. ait huiuſcemodi ὑςερολογίας vſitatas eſſe I.C. alijſque Latinis auctorib. Vlpianus l.3.§. *Labeo* ȷ̃. de incend. ruin. naufrag. l. 3.§. *ſi emancipatus*. de bon.poſſ. cont.tab. Seneca de tranquillitate vitæ lib.1.cap.8. vide autem Charondam dicto proximè loco, & Mercerium eodem quoque cap. 16. lib. 1.opinio.

*§.12.* *Niſi contrarium ſpecialiter approbetur*] .i. factum contra ius commune. non eſt igitur hîc locus contrarius l.27 §. *& in ſumma* ȷ̃. eod.

*L.10. Reſcriptum §.1.* *Si tamen ex cauſa pacti*] coniunge l. 17. Cod. de tranſact.l.pen.ȷ̃.eod. l.122.ȷ̃.de verb.oblig.

*L.17. Si tibi decem §.6.* *Neque nocere, neque prodeſſe*] atqui, aiunt, imo prodeſt, iuxta l.22.ȷ̃.de conſtit.pec. quam antinomiam ſolue ita vt dicas in l.22. I.C. ex ſua perſona loqui: hîc aliorum ſententiam referre.

*L.27. Si vnus ex argẽtarijs.* *Et petitione, & acceptilatione*] con. l. & per iuſiurandum §. ſi Stichum ȷ̃.de acceptilat.

*§.6.* *Seruus hæredi*] Vide Forcatulum Dialog.5. nu.3. Molinæum ad l.1.§. *ſi quis* nu.40. De verb.oblig.

*§.fin.*

*L.30. In perſona.* *In perſona tamen filijfam. videndum eſt.*] Timidè & verecundè opinionem ſuam exprimit: quòd parum intelligens Accurſius ait eum non exprimere an filio ſit nocitura pactio. Vide Duarenum lib.2. diſput. cap. 11. & ad §. 1. Cuiacium lib.8. obſeru. cap 11.

*L.39. Veterib.* *Placet pactionem obſcuram*] con. l. ſi quis intentione ȷ̃. de iud. l.ſi emptione. pr.ȷ̃. de contrah.emp. l. eum qui pr. ȷ̃.de verb. oblig. vide Duarenum hîc, Fornerium Select. lib.2.cap.18.& Martreſium, qui proprio & peculiari commentario hanc legem dignatus eſt.

*L.44. cum in eo eſſet.* *Cum in eo eſſet pupillus*] con. l. *tutores* de condic. indeb.

*Idemque creditor patris*) hoc eſſe hodie non poteſt Nouel.72. Vide & Coraſium Miſcell.lib.4 cap.4.

*L.49. Si quis crediderit.* *Si quis creditor pecuniam*] con. l. 12. ſol. matr. l. 28. de reg.iur.

*L.50. Non impoßibile.* *Nõ impoßibile puto*] Con. l.15.de prȩd.vrba. l.31.de euict. l.26.de verb.oblig. l.174.de verb.ſignif. l.32.de reg.iur.

*L.vlt. Si reus* *Extorqueri non poſſe*] imo poſſe aiunt alij iuxta l. 27.§. *Pactus* s̃. eo. ſed reſponde ad hoc: Cum reus ſolus eſt pactus vt petere liceat; vtilitatem prioris pacti ſemel quæſitam fideiuſſori non auferri, vt hîc: quod ſi ipſe fideiuſſor quoque pactus ſit; eius exceptio replicatione doli elidetur. quo in caſu loquitur d.l. 27.

*Tit.15.*

*L.5. Cum Aquiliana.* *Liberalitatẽ enim captioſam*] nam ſi lites de quib. non eſt cogitatum remitterentur nullo accepto, liberalitas eſſet, eaq; captioſa: quia verba voluntati anteponimus; arg l. *contra legẽ*. cum ſeq. s̃. de legib. non eſt autẽ æquum id auferri, de quo cogitatum non eſt. Vide hîc Ferretũ q ſcripſit ad hunc tit ad l.9. vſq; Cuiacium qui ad totũ. Loriotum in tract. de Pact.& Prateium lib.2. Catapod.

*L.8. Cum hi nib. §.2.* *Vel codicillis fuerint relicta*] Vt voluntas teſtatoris ſeruetur: quẽ veriſimile eſt legatario conſultũ voluiſſe. Quȩ ratio ceſſat in his q̃ ex contractu debentur: nam obligatio ex cõſenſu cõtrahentiũ orta eorũdẽ cõſenſu rectiſſimè diſſoluetur. l. *prout*. ȷ̃. de ſol. l. *nihil tã naturale* ȷ̃. de re. iur.

*§.11.* *An ſequioris, qui de alimentis pendeant*] hæc eſt Florẽtina lectio, quã certatim Budæus, Alciatus, & Cuiacius defendunt; vt *ſequioris* ſit deterioris: quo ſenſu dixit Liuius: *Inuitus quod ſequius ſit de meis ciuib. loquor*; & apud Chariſiũ Afranius; *Si id quod non ſpero ratio talis ſequius ceciderit*, eadẽq; locutio p̃cipuè apud Apuleium etiam & Ammianũ inuenitur: itẽq; apud Suetoniũ in Tito, vbi ait: *Sed non deerant qui ſequius interpretarẽtur*: licet fruſtrà quidã hîc *ſecus reponant*. Gloſſæ veteres: *Sequius* χεῖρον. Contra tamen nituntur hîc alij: in quib. Duarenus reponit *ſegnioris*; Fornerius verò *nequioris*, quæ lectio licet ſermonis integritate quibuſdã doctis viris ad I. C. tempora propius accedere videatur, nihil tamen mutandum cenſeo. Vide Cuiacium obſer. lib.1.cap.3. Duar. diſput. lib.2. cap.31. Forner. ſelect. lib.2. cap.5.

*L.16. Qui fidem.* *Rato manente pacto*] Id eſt, vt pactum vim ſuam haberet, ex eoque exceptio competeret; tametſi pœna peteretur l. *Cum proponas* C. eod.

## IN DIGESTORVM SEV PANDECTARVM LIBRVM TERTIVM

### Notæ.

*Tit.1.*

*L.1. Hunc titulum. §.6.* *Apud iudices pedaneos poſtulare prohibetur*] Verbum *poſtulare*, hîc impropriè accipitur: nam propriè ſignificat ab eo petere, qui iuriſdictioni præeſt pro tribunali §. 1. s̃. hac l. l. 4.§. *hoc autem* ȷ̃. de damn. infect.

*Vt feras venetur*) Addatur ad hunc alius locus Vlpiani ex l. *qui dolo* ad leg. Iul. de vi publi.

*L.7. Quos prohibet.* *Eos patiatur poſtulare*) Prohibitio enim profecta eſt nõ ex priuata, ſed publica cauſa; decoris ſ. & iuris publici ſeruandi gratia l.1.s̃. in princ.& l. *moris* ȷ̃. de pœnis.

*L.8. Imperator.* *Poſtulare non prohiberi*) Quocũque crimine quis fuerit damnatus, ſi modò iudex ſententiam mitiorem dixit; ita vt condemnato infamiam nõ irrogaret: damnatus ad tempus, eo tempore elapſo, priſtino ſtatui reſtituitur, vt hic & l.3.C.ex quib.cauſ. infam.irrog. Quotiens verò infamiam irrogauit, nec eam iudex mitiori ſententia ſuſtulit, etiã poſt tẽpus elapſum non reſtituitur priſtino ſtatui, ſed manet infamis, l. *ordine* ȷ̃. ad munic. l. *ad tẽpus* ȷ̃. de dec.

*Tit. 2.*

*L.1. Prætoris.* *Mandati, depoſiti*) Depoſiti damnatus cur ſit infamis, tradit Ariſtoteles proble. 29. parte problem. 2. Alciat. verò parerg. 2. c.36. hanc rationem affert: Quia maior fides in depoſitario requiritur, quem quis ſponte elegit, & ſummæ probitatis fiducia cæteris prætulit.

*Qui ve ſuo nomine*) Vide Molinæum ad princ. l. 2. de verb.oblig. num.70.

*L.2. Quod ait Prætor.* *Ignominiæ cauſa ſe mittere*) con. l. *milites agrum* ȷ̃. de re milit.

*L.4. Athletas* Multa hîc mihi non abs re dicenda eſſent, ni ſpatijs excluſus iniquis, & inſtitutæ breuitatis memor, notas tantum me ſcribere profeſſus eſſem. omiſſa igitur explicatione eorum, quȩ hîc non pauca ſatis controuerſa & obſcura etiam doctis occurrunt, adire lectorem iubeo ante alios Alciatum lib.2. prætermiſſ.& parerg. lib.6.cap.5. Budæum hîc. Coraſium lib.4. Miſcell.cap. 24. Briſſon. lib. 1. ſelect. Antiq. cap. 10. Ræuardum meum varior. lib. 5. cap. 20.

*L.8. Genero.* *Si poſt legitimum tempus*) olim quidem decem menſium Cic. pro Cluent. Ouid. primo faſt. hodie verò duodecim menſium l.2.C. de ſecun. nupt.

*L.9. Vxores.* Ad hanc legẽ vide ex parte vna Emanuelẽ Zoares lib.1. obſer.cap.38.& ex aduerſo Cuiacium obſer. lib.9.cap.17.

*L.13. Quid ergo §.8.* *Crimen ſtellionatus infamiam irrogat*) imo non irrogat, aiunt alij iuxta l.2.ȷ̃. de crim. ſtellio. quib. reſpondetur l.2. vt notant interpretes Græci, intelligi cum ob leuẽ cauſam mouetur, hanc autẽ cum cauſa famoſa eſt. vel vt alij volunt: Quid ſi dicamus crimen ſtellionatus non ipſo iure infamem facere, ſed per ſententiam, ſi id iudici placuerit? quia hoc crimen legitimam pœnã non habet, ſed extra ordinem coercetur l.3.§ *pœna* ȷ̃. illo tit. Ergo, inquiunt, hîc accipiemus verbũ *irrogat*, pro, *irrogare poteſt*: ſic enim accipitur verbũ *videbitur*, p̃ *videri poterit*, & *nocebit*, p̃, *nocere poterit* in l. *Labeo*. de ſtatulib. & *habebunt*, pro, *habere poterunt* in l.1.§. 4.s̃.de poſtul. vide autẽ præter alios alijs hîc allegatos, Duar. lib.1. diſput.cap.22. Gilbertum lib.1. ἐναντιοφανῶν cap.3.

*L.20. Ob hæc verba.* *Non.n: qui exhortatur, mandatoris opera fungitur*) huic legi videtur contraria l.1.§. *perſuadere* ȷ̃.de ſeru corr. ſed non eſt ita. nã *exhortari* & *perſuadere* diuerſiſſima ſunt: & maximè eo ſenſu quo *perſuadere* accipitur d. §. *perſuadere*; præcipua enim cauſa delicti eſt, ac potius delictum ipſũ. vide Græcos Βασιλικῶν interpr. ad d.l.1. Itẽq; Briſſ. lib.2. ſelect. Antiq. cap.2.& Ræuardũ noſtrũ p̃trib. cap.21.

*L.25. Exhæredatum.* *Cuius hæreditas ad filiũ non pertinet*) Quia fortè à matre ſilentio præteritus eſt, & alius ab ea hȩres inſtitutus §. *mater* de exhær. liber. Inſt. alij legunt omiſſa negatiua; *Cuius hæreditas ad filium pertinet*. ſatis confidenter: & non optimo exemplo.

*Tit.3.*

*L.14. Si poſt datum* *Nec ſtipulationem ob rem*) *ſtipulationem* dicit iudicatũ ſolui l. *iudicatum ſolui* ȷ̃. iud. ſol.

*L.33. Seruum quoq; §.2.* *Nam & in capitalib. iudicijs defenſio datur*) imò in ijs procurator non datur, ait ex l.pen §.vlt.ȷ̃.de publ.iud. Gothofredus. i. non datur vt abſoluatur vel condemnetur reus; ſed poteſt interuenire ad allegãdas cauſas iuſtæ ab-

ſentiæ; ne reus vt contumax damnetur. Vide autem Io. Robertum lib. 2. ſent. l. 2. ca. 3. Menoc. de arbit. iud. caſ. 264.

*L. 35. Sed & hæ perſonæ.* *Perſonæ procuratorum*] Non tamen ſunt veri procuratores, cùm mandato carent l. 3. §. *procuratorem* ȷ̃. iud. ſol.

*L. 39. Non ſolum. §. 1.* *Neque enim hæc actio domino competere potuit*] directa ſ. nam vtilis competit domino l. *in cauſa* in fin. ſ̃.

*L. 43. Mutus & ſurdus §. 2.* *Defenſionem vt procurator*] Qui agit actione populari, non eſt populi procurator. & ideo non cogitur mutuò agenti quaſi in populum reſpondere. l. *ſeruum* §. *ait prætor*, ſ̃. eod.

§. 5. *Seruo cauendum non procuratori*] Cui ſanè caueri poteſt, l. *ſi procurator* ſ̃. eo. verum ſatius eſt vt ſeruo caueatur: quia per hunc directa l. *ſtipulatio iſta*. de verb. oblig. per illum verò vtilis tantùm actio quæritur l. *in cauſa* ſ̃. eodem.

*L. 48. Itaque ſi hoc.* Eadem inſcriptio legis 46. & huius, oſtendit vtramque eſſe coniungendam; & addendum ex Iuliano l. 47. vt alter mandatariorum ab altero petere poſſit, ei oportere ſpecialiter mandatum eſſe.

*L. 60. Mandato.* *Mandato generali*] Ad actionem exercendam l. *tranſactionis* C. de tranſac. Nam procurator, cui rerũ omnium adminiſtratio eſt mandata, tranſigere poteſt l. *Præſes* C. de tranſact. mox autem pro, *dicendi cauſa*, legunt alij ex L. *Lucius* §. vlt. ȷ̃. de adminiſt. tut. *deminuendi cauſa*, ſed illud Pandectæ Piſani approbant.

*L. 67. Procurator.* *Onus eius fruſtrà recuſat*] Finita negotiorum adminiſtratione, nõ ſoluitur obligatio procuratoris. Sed ſi quid eius nomine ſoluerit, contraria actione mandati recuperabit l. *ſeruum*, mãd. tutoris verò obligatio finito officio, ſoluitur: quoniam finita tutela, ſi quid poſtea ſoluerit, experiri non poſſit. l. vlt. ſi quis caut. & l. *tutor*. quando ex fact. tut. vide Io. Robert. lib. 2. Recept. lect. cap. 2. & Molinæum ad rub. de verb. oblig. num. 78.

*L. 70. Pater filio.* *Sempronium creditorem ſuum*] Nouel. 72. cap. 1. vetitũ eſt, ne creditores pupilli ad tutelam accedant.

*Tit. 4. l. 6. Itẽ eorum §. 3.* *Et iudicati actio ei ex edicto non datur*] Græci legiſſe videntur, *iudicati cautio*. ſic enim reddiderunt: οὐ δίδοται αὐτῷ ἱκανὰ δοσία, εἰ μὴ ἐναγωγὴ ἰδία ἐςὶ. id eſt, *non datur ei cautio niſi in rem ſuam agat.*

*Tit. 5. l. 5. item ſi cum.* *Putaui à te mihi mandatum*) quia tam re quàm volũtate geritur negotium: error non omnino infirmat, quod geritur vtiliter tit. de legat. §. *ſi rem* Inſtit. cum alioqui quod ex ſolo animo pendeat, falſa opinione vitietur l. *is qui*. de acqui. hær.

*L. 6. Si pupilli §. 3.* *Ipſe tamen ſi circa res*] Hic procedit gerens negocium eius, cuius res eſt. Itaq; conſequitur, quod impendit: nec ſimilis eſt malæ fidei poſſeſſori, qui pro domino ſe gerit: & rem alienam animo donantis occupat l. 7. §. *ex diuerſo*. de acq. rer. dom. Vide autem Molinæum in conſuet. Pariſ. §. 1. in gloſſ. 5. nu. 89.

§. 6. *Sed ſi ego*] Videatur Benedictus Capra. in reg. concluſ. 54. & ad §. 10. mox Io. Robertus recept. ſent. lib. 2. c. 6.

*L. 11. Si negotia.* *Et culpam & dolum præſtare debes*] Nec mouere quemquam debet, quod ſola vtilitas domini in negotiis gerendis verſatur, vt in depoſito l. 5. §. *nunc videndum* ȷ̃. cõmod. nam præſens eligere potuit, apud quem deponeret. Itaq; merito ſolus dolus præſtatur: & ei imputatur, qui hominem negligentẽ elegit. Abſens vero non potuit eligere negotiorum geſtorem: qui etiam culpa non caret, quod rei ad ſe non pertinenti immiſcuerit l. *culpa* ȷ̃. de reg. iur.

*Abſens penſare lucrum*] vide Gab. Mudæum in l. *qui admittitur*. num. 10. pro ſocio.

*L. 19. Ad quin natura.* §. 3. *Ignorans vſucepiſti*] Singulare eſt vt ad vſucapiendum non ſufficiat ab initio bona fides, niſi perſeueret dum cõpleatur longa poſſeſſio l. vnic. C. de vſucap. transfor. quia vtiliter gerere non videtur, qui vſucapionem non impedit, vt qui à ſe ipſo non exigit l. 5. in fin. ſ̃. eo. vide autem Cuiacium ad hunc §. obſer. lib. 13. cap. 16.

*L. 24. Si ego hac mente.* *Pecuniã procuratori dem*] Non habenti mandatũ ſ. id eſt, negotiorum geſtori. alioqui non fuiſſet opus ratihabitione arg. l. 8. § *ſed eo*. ſ̃. & proprietas per eum creditori acquireretur. l. 13. ȷ̃. de acquir. rer. dom.

*L. 27. ex duob.* *Ex duobus fratrib.*] Coniunge l. tres fratres. de pact. ſ̃. quod autem ſequitur: *ſuæ ætatis*: deſignat maiorem 25. annis, pro quo tamen reponunt alij *iuſtæ ætatis*. vide Briſſon. lib. 3. ſelect. Antiq. cap. 2. Cuiaciũ lib. 6. obſeru. cap. 3.

*L. 31. Liberto §. 6.* *Ius actoris periculo ſuo, litium cauſa conſtituendi non habebit*] quia tutelam in hac ſpecie non gerebat: quamuis certum ſit matrem tutelæ officio fungi poſſe. l. 2. & 3. C. quan. mul. tut. off.

*L. 34. Neſennius.* *Neſennius Apollinaris*] I. C. Paulo familiaris l. *Neſennius* ȷ̃. de re iud.

*L. 38. Qui ſine vſuris.* *Maximis vſuris vice cuiuſdam pœnæ*] *maximis vſuris*. i. *centeſimis* ſecundum Theophilum. Inſt. de act. §. plus.

*L. 43. Cum pecuniam.* *Eam pecuniam non ſolui*] Vt ſi exceptionem, retentionem ve, aut compenſandi ius habuit debitor, aut ſi dies ſoluendi nondum venit l. *ſi in area* l. *qui exceptionem* l. *ex quib.* l. *nam &* de condict. indeb. & l. 6. de compenſat.

*L. 49. Si rem.* *Eaq; in rerum natura eſſe deſierit*] hoc dicit, ſi extet res, non competere hanc actionem. nihil enim eius intereſt eſſe venditam (hæc autem actio datur ei cuius intereſt l. 46. ſ̃. eo) cùm vel rei vindicatione contra poſſeſſorem experiri dominus poſſit, vel condictione contra emptorem ſerui, vel actione furti, ſi ſciens prudens eam vendiderit.

*Tit. 6. l. 1. §. 3.* *Sed & conſtitutio*] cuius meminit iterum Vlpianus in l. 2. ȷ̃. de condict. ob turp. cauſ.

*L. 3. Et generaliter. §. 3.* *Sed ei dabitur petitio*] al. *repetitio* quod confirmatur lib. Βασιλικῶν. vbi interpretatur Græcus interpres; *actionem in factum* ex l. 7. ȷ̃. eod. ad principium autem huius legis & §. 1. vide Forcatulum Dialog. 57. num. 4.

*L. 5. In heredem. §. 1.* *Sed puto ſufficere alterutram actionem*] Vtraque enim perſecutio pecuniȩ continetur. Itaq; altera alterutrã conſumit. Vbi verò duȩ pœnales actiones concurrunt, altera expertus, altera agit in id, quod amplius eſt l. 1. arb. fur. cæſ. ȷ̃. & l. 1. vi bon. rap. ȷ̃. & actio furti meram pœnã complectitur, nec condictionem vllo modo tollit l. 7. ȷ̃. de cõdict. furtiu. Vide Ioan. Aurpachum etiam libr. 2. Epiſtol. cap. 5.

*L. 7. Si quis ab alio.* *Et me in quadruplum agere poſſe*] Nec actio altera conſumet alteram, quod diuerſis dentur, vt hic & l. 5. ſ̃. eod. qua ratione nec quadruplum vlla ex his actio excedit. §. *omnes* Inſtit. de action.

*L. 9. de ſeruo.* *Accuſator domino damnatur*] per condictionem, vel ad exhibendum, vel furti, inquit Stephanus Græcus interpres ex l. 15. ȷ̃. de condict. cau. dat.

## IN DIGESTORVM SEV PANDECTARVM LIBRVM QVARTVM Notæ.

*Tit. 1.* *De in integrum*] In hunc tit. & tres proximè ex ordinè ſequentes ſcripſit elegantiſſimus Cuiacius.

*L. 7. Diuus Antoninus.* *Et ob hoc more pronuntiatum eſt*] alij; *& ob hoc de more pronuntiatum eſt*. quidam etiam addita liberaliter voce; *Et ob hoc more ſolito pronuntiatum eſt*. amplio. Cæterum tu vide Duarenum lib. 1. diſput. cap. 7. & Ræuardum protribun. cap. 2.

*L. 8. inter minores.* *Contra remp. reſtituuntur*] præter allegatum hic à Gothofredo Goueanum vnde etiam Ræuard. Varior. lib. 5. cap. 8.

*Tit. 2. L. 1.* *Ait prætor*] con. l. *creditores* ad l. Iul. de vi pub. & vide Menochium de arbitr. Iud. lib. 2. caſ. 135. cum ſeq.

*L. 6. Metum autem.* *In hominem conſtantiſſimum*] Florentini pandectæ; *in homine conſtantiſſimo*. de reliquo vide Sarmientum lib. 2. ſelect. cap. 2. Zoannetum rer. quotidianarum cap. 44.

*L. 7. Nec timorem. §. 1.* *Poſſe eum ad hoc edictum pertinere*] Condici non poteſt pecunia turpiter data lege quarta de condictione ob turpem cauſam: at repeti poteſt hac actione, quia metus illatus ſit. quod vnum ad hanc actionem dandam ſatis ſit. Non eſt autem abſurdum diuerſarum cauſarum diuerſos eſſe effectus. vide verò ad hunc §. ſupra. Fornerium lib. 2. ſelect. cap. 11.

*L. 9. Metum autem.* *Audito quod quis cum armis veniret*] in l. *non ſolum* § *ſi dominus* de vſucap. videbat armatos venientes. itaq; iuſtior ibi metus cauſa fuit, quàm hîc; cum oculi hominum magis quàm aures terreantur. ſunt igitur diuerſæ leges, non contrariæ.

§. 3. *Actione vellet aduerſus Campanos experiri*] *Actione*, quod metus cauſa ſ. §. pen. ȷ̃. l. *item ſi cum* § *ſed & ſi quis*. eodem.

*L. 14. Item ſi cum §. 4.* *Vſque ad ſententiam ab arbitrio datam*] *ſententiam* definitiuam ſcilicet, quia poſt ſententiam interlocutoriam reſtituens abſoluitur l. arbitrio infrà titulo proxim. §. *item actio* Inſtitutio. de action. Vide porro ad §. proximè præcedentem Ferandum libro primo explicat. cap. 14.

§. 6. *Et fideiuſſorem volentem dederit*] Haloander ſatis temerè τὸ *volentem* in *nolentem* mutauit: in quo reprehenditur meritò à viro ampliſſi. Anton. Auguſtino, cuius Emendat. libro primo. vide capitulum ſecundum. vt & ad illa mox; *Labeo autem etiam poſt quadrupli*. Ioan. Robertum lib. 1. Recep. lect. cap. 23. & Goueanum variar. lect. lib. 1. cap. 11.

§. 11. *A rei condemnatione ideo relaxabitur*) Transfuſa eſt enim prior actio in actionẽ rei iudicatæ: qua actiõe nemo tenetur ratione eius rei, quæ naturaliter perijt: cum in

iudicato

iudicato faciendo mora facta non ſit: Poſt latam autem ſententiam, rem ex cauſa iudicati debere incipere, apparet ex l. *ſi fundus*. de pignor. §. *ſi pluris*. & §. *creditor*. & ex l. *grege*. §. *etiam*. eo. Vide Loriotum de mora axiom. 16. Bellonum ſupputat. cap. 12. Goueanum var. lect. lib. 1. c. 12.

*Sed etſi non culpa ab eo* ] Cuiacius legit; *ſed etſi culpa* omiſſa negatiua. Pacio verò probatur ſcriptura Florentina dum illud *culpa* non recti, ſed ſexti ſit caſus; & ad verbũ *aberit* proximè ſequens ſubaudiatur *ſeruus*.

§. 13. *Et de dolo teneri certum eſt* ] Officio tamẽ prætoris conuenit, vt ita det actionem, ſi alia actione agere non liceat l. pen. in fin. ſ̃. de in integ. reſtit. l. 1. de dolo. Vel, cum vtraque concurrat, alterius tantum mentio fit, altera ſuppreſſa. qua ratione non eſſe alia actio intelligitur; cùm ſolus dolus allegatur vel ſolus metus.

*L. 21. Si mulier. §. 3.* *Nec talem promiſſionem dotis Vllam eſſe* ] quia nẽpe eſt bonæ fidei cõtractus talis promiſſio l. 1. C. de rei vxor. act. porro ad §. ſeq. *Si metu coactus*. vide Cuiacium obſeruat. lib. 16. c. 40.

*L. fin. Non eſt Veriſimile §. fin.* Ad hunc §. vide quæ ſcribunt Guterius Reſolut. 3. part. c. 19. à num. 7. & Briſſonius lib. 4. ſelect. Antiq. c. 1.

*Tit. 3. l. 1. Hoc edicto. §. 2.* *Dolum malum Seruius quidem ita definijt* ] Nõ eſt con. l. 7. §. *dolus*. ſ̃. de pact. quoniam ibi definitur pactum dolo malo factum: hic definitur dolus malus vniuerſaliter acceptus. porro de doli mali definitione ſcripſit librum integrum Petrus Velleius Gueuarra. Præter quem vide etiã Prateium Inuerſio. cap. 20. & ad §. ſeq. Boſſium in tit. de examinib. reorum num. 10. & ſeq.

*L. 7. Et eleganter.* *Hoc enim ſic accipimus carere dolo* ] Colligit rem nulla alia actione ſaluam eſſe poſſe, quã actione de dolo. Cum enim emptor non admiſerit dolum, ex empto propter dolum incidentem in cõtractum teneri nõ poteſt: vel (quod verius eſt) in caſu propoſito venditio ipſo iure nulla eſt: cùm minor dolo perſuaſus eſt, vt vẽderet ſeruum l. *in cauſa*. §. *ita relatum*. j̃. de minor. & l. 3. j̃. pro ſoc. Reſtitutio verò aduerſus libertatem iam datam non permittitur, toto tit. C. ſi aduerſ. libert.

*L. 9. Si quis affirmauit §. 2.* *Hæredes filij aduerſus eos* ] Hæredes extranei ſc. nam ſui hæredes poſſunt agere de inofficioſo, etiãſi querela nondum præparata filius deceſſerit l. *ſcimus*. C. de inoff. teſta.

*L. 18. Arbitrio §. 4.* *Ne aliter obſeruantibus, lex circumſcribatur* ] *Lex*; quæ vult cauſas criminales intra biennium terminari l. vlt. C. vt int. cert. temp. vt & ciuiles l. *properandum*. C. de iud. porro ad §. 1. huius legis vide Menochiũ de arbitr. iud. caſ. 207. ad §. 2. Goueanum var. lect. lib. 1. c. 38.

*L. 22. Nã ſufficit.* *Periurij pœna* ] Qui calore quodam peierauit, nõ vt alterum læderet, à Deo tantum punitur l. 2. C. de reb. cred. Qui peierauit in re pecuniaria, fuſtibus caſtigatur l. *ſi duo*. §. vlt. j̃. de iureiur. Nec rectè noſtri diſtinguunt inter iuſiurandum per Deum, & iuſiurandum per principem, inquit Pacius. Vide Io. Robertum lib. 2. recept. ſent. c. 20.

*L. 25. Cum à te pecuniam.* *Ex integro agere poſſum* ] Si reus paratus eſt iterum iudicium prius ſuſcipere l. 7. in princ. ſ̃. hoc tit. alioquin datur actio de dolo l. 20. §. 1. ſ̃. eo.

*Tit. 4. l. 2. Nec per liberos.* Coniunge l. 6. de vſucap. l. 8. de munerib. & honorib.

*Ad honores pertinere diuus Seuerus ait* ] Ad quos alioqui non admittebantur ante 25. annũ l. *ad rempubl*. j̃. de mun. & honor. quod aũt ſequitur; *nõ ad rem ſuã recipiendam:* id ideo eſt ſic conſtitutum, ne ſuo incommodo adminiſtrent: videturque de his ſentire, qui curatorem acceperunt, quibus non debet committi adminiſtratio ante ætatem legitimam ſ̃. eod. l. 1. in fin. & hic. licet qui non acceperint curatores, adminiſtrent rem, & reſtituantur l. 3. C. de in integ. reſtit. mino.

*L. 3. Denique Diuus. §. 4.* *Si ipſe conueniatur* ] Ergo quod dicitur l. *cum mandatũ*. j̃. eo. non habere beneficium reſtitutionis, accipe niſi ipſe cõueniatur ita, vt euentu damnum paſſurus ſit. porro ad legis initium vide Ræuardum varior. lib. 1. ca. 16. & Fornerium lib. 1. ſelect. c. 17. ad §. 1. ibi, *Celſus igitur Reſpecto ſuaſit*, Goueanum lib. 1. variar. lect. c. 12. ad §. 3. deniq; Io. Robertum Recept. ſentent. lib. 1. cap. 2. Sarmientum lib. 3. ſelect. cap. 5.

*L. 5. Si tamen.* *Mora ei fit* ] Cui fideicommiſſaria libertas relicta eſt, is niſi manumittatur ab hærede cum poſſit, nulla interpellatione facta, moram intelligitur pati in re: & ideo liber habetur, l. *cum Vero*. de fideicomm. libert. Qui ſi inter has moras captꝰ ſit, quaſi liber reſtituetur ſi minor fuit, quod eius interſit reſtitui ex ea cauſa l. 3. eo.

*L. 7. Ait prætor. §. fin.* *In eremodicijs ei ſubuenitur* ] Eremodicium, vt ipſa vox ſignificat, eſt deſertio litis, cum ſc. reus vel actor litẽ conteſtatam deſerit. vadimonium autem reus duntaxat, ante iudicium acceptum deſerere dicitur. vnde apparet malè Haloandrum eremodicium deſertionem vadimonij interpretari Nouel. 68. vide l. *properandum*. §. *ſin autem*. & §. *cum autem eremodicium*. C. de iud. l. *cum quærebatur*. ff. iud. ſol. itemq; Goueanum lib. 1. variar. lect. c. 40.

*L. 11. Verũ Vel de dolo.* *Vel Vtilis actio erit in id* ] in factum ſubſidiaria, puta. ad quam decurrit prætor, cum aliæ deficiũt l. *qui ſeruandar*. j̃. de præſcript. verb. l. 7. in princ. de pact.

§. 2. *Ex facto quæſitum eſt.* ] vide Menochium de arbit. iud. q. 7. à num. 69.

*L. 16. In cauſa. §. fin.* *Pro iuriſdictione ſua* ] inter eas perſonas ſc. quibus ius dicere poſſunt, j̃. eod. certè magiſtratibus municipalibus hoc non tribuitur, vt nec ea omnia, quæ magis ſunt imperij quàm iuriſdictionis l. 4. de iuriſdict. l. *ea quæ*. ad municip. ad initium autem huius legis vide Vvaltherum lib. 1. Miſcellan. c. 31. ad §. 1. Forcatulum dialog. 99. verſ. 4. ad §. 4. Couarruuiam lib. 2. Reſolut. c. 3. Roſcium lib. 2. Memorabilium cap. 7. & 8. Padilla. in l. 2. de reſcind. vend.

*L. 23. Cũ mandatu.* *Niſi ſi mandatu eius geſtum erit* ] Geſtum à tutore vel curatore, videtur ab ipſo pupillo geſtum. Itaq; cum reſtituitur pupillus aduerſus illud, reſtitui videtur aduerſus id quod geſſit, l. 3 ſi tut. vel curator interue. C. Sic & l. 5. §. vlt. de conſtit. pec. geſtum autem à procuratore non cenſetur à pupillo geſtum. Vnde nec eius rei nomine actio pupillo competit, l. 1. de verb. oblig. Sed cum procuratore tantum mandati agit, l. 49. §. vlt. de acq. poſſ.

*L. 24. Quod ſi minor. §. 2.* *Scæuola noſter aiebat* ] Hoc emendatur l. vlt. in fi. C. de rep. hær. vide Couarruuiam lib. 1. Reſol. ca. 5. Vallam tract. 6. ad §. 4. aũt conſule Gilbertũ Regium li. 2. ἐναντιοφανῶν cap. 6. & Pilæum quæſt. 63.

*L. 27. Patri pro filio.* *Omnimodo præſtanda reſtitutio eſt* ] Hic pater nõdum tenebatur, nec conueniebatur. Sed futurum erat vt teneretur, ſi filius reſtitutus non eſſet & iudicatum eſſet l. 3. §. *idem ſcribit*. j̃. de pecul. Vnde quia filius, iniquior fortè patri, nolebat reſtitui, permiſſum eſt patri, qui vt legitimus defenſor interueniebat, reſtitutionem filij nomine impetrare, etiam eo inuito. ſecus eſt, cum pater iam de peculio tenetur, & obligatus eſt, l. 3. ſ̃. eo. Vide Couarruuiam Reſol. c. 6. lib. 1.

*L. 37. Auxilium.* *Exſecutionibus pœnarum* ] alij, *in exemptionibus pœnarum*. ſed rectior videtur Florentina lectio: vt ſint exſecutiones perſecutiones pœnarum, quemadmodum in l. *centum Capuæ*. j̃. de eo quod cert. loco. Cæterum vide ad hãc legem Coraſium lib. 2. miſcell. cap. 14.

*L. 38. Aemilius.* *Quod pater eius non ipſa contraxerat* ] Non enim reſtituitur ex hoc edicto pupillus, niſi cum quo aliquid geſtũ eſt, l. 2. & l. 11. §. *ex facto*. ſ̃. eo. ad verſ. *Quia tamen lex*. vide Sarmientum lib. 1. ſelect. cap. 14.

*L. 45. Etiã ei.* *Qui prius quam naſceretur Vſucaptũ amiſit* ] atqui præſcriptiones non currunt aduerſus pupillum, l. 3. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. nec aduerſus minores l. vlt. C. qui & aduer. quos. ſed ſcire licet multum intereſſe inter præſcriptionem, & vſucapionem: qui enim vſucapit non præſcribere, vel excipere temporali exceptione, ſed dominiũ acquirere dicitur l. 3. de vſucap. Ideo lite conteſtata perficitur vſucapio, & aduerſus eum qui natus non eſt, & iacente hæreditate. l. *nunquam*. §. *Vacuum*. de vſucap. Vide Loriotum de concept. axiom. 9.

*Tit. 5. l. 2. Pertinet.* *Ad quos bona peruenerunt eorum* ] Ita interpretatur Edictum Vlpianus Iuriſconſult. quaſi ad eos dumtaxat pertineat, qui adoptione vel emãcipatione ſtatũ mutarunt. non vt his ſubueniatur; ſed aduerſus hos. Paulus tamen & Caius ita producunt, vt emancipatis etiam reſtituatur actio, vel adrogatis qui in re caſtrenſi contraxerint j̃. l. 7. 8. & 9.

§. 2. *Hi qui capite* ] vide Cuiacium obſeruat. lib. 7. c. 11.

*L. 3. Liberos. §. 1.* *Niſi in imaginariam* ) hæc ſublata eſt quidẽ hodie; ſed tamen nihiloſecius qui emancipantur etiam nunc capite minuuntur iuxta Salomonium ad l. *Gallus*. §. *Quod ſi nepos*. de liber. & poſt. vide etiam Briſſonium lib. 1. ſelect. cap. 11.

*L. 7. Tutelas.* *Quæ in iure alieno perſonis poſitis deferuntur* ) quidã legunt; *in iure agnationis*: ſed lectio Florentina intelligi poteſt; *in iure alieno*, id eſt, quæ ius ex lege in aliena hæreditate habent. l. *quo tutela*. j̃. de Reg. iur. alij legunt etiam; quæ iure antiquo proximis perſonis deferuntur. peſſimè autem Haloander addita de ſuo negatiua interpolabat; *non deferuntur*. Vide Ant. Auguſt. lib. 1. Emend. cap. 2. Goueanum variar. lect. lib. 2. c. 12. Emanuelem Zoares lib. 1. obſeruat. cap. 16. & qui hunc refellit Cuiacium lib. 9. obſeru. cap. 17.

*Tit. 6. L. 4.* *Renocatur iſto priuilegio* ) Priuilegium hic vocat extraordinarium auxilium, quod eſt cauſæ non perſonæ; nec omnibus iure communi competit, ſed abſentibus, l. 157. de reg. iur. Sunt enim & alia priuilegia, de ſingulis perſonis lata, quæ non niſi comitijs centuriatis ferri potuere olim l. 8. ſ̃. de leg. & l. 1. de conſtit. princ.

L.8.*legatis.* *Legatis quoq; municipiorum ſuccurritur*) Ex verbis edicti non ſuccurritur his legatis, quod reip. cauſa non abſint, quæ per excellentiam Romana intelligitur, non etiam municipij, j.l.27.§.*Hæc clauſula.* arg.§. *Sed ius quidẽ.* Inſtit. de iur. nat. gent. & ciu. vide Couarruuiam Reſolut. lib.4.cap.8.

L.9.*ſuccurritur.* *Incluſos veluti latumijs*) latumiæ ſunt lapidicinę, & loca cæſis lapidibus execta. Vide autem Cottam in Memoralib. Ferandum lib. 1. explicat. cap.15. & Menochium de arbitr. iud. caſ.301.

L.24.*ſed & ad eos.* *Qui conuenti fruſtrantur*) Seculo Pauli conuentio iudiciaria non interrumpebat ſilentium longi temporis, hic: nec cõteſtatio vſucapionem, l.*ſi poſt.* j. de rei vind. Cui rei medetur l.3. & 7.C. de præſcr.30. vel 40. ann. & l.2.C. de annali except. fuſtrantur autem, id eſt, morantur, l.*ſi caluitur.* j. de verb. ſign.

L.26.§.7. *Gaius Caßius nominatim edicebat*) alij; *dicebat*, ſed malè. quis enim neſcit hoc prætorium eſſe verbum? ſimilis tamen error eſt in l. *Barbarius Philippus.* de off. præt. ſ. nec tamen ſoli prætores *edicebant*, ſed omnes omnino magiſtratus. ſic enim *edicunt* Piſo & Gabinius Coſſ. vt Senatus qui veſtem propter Ciceronem mutarat ad veſtitum rediret. *Edicunt* Cenſs. apud Gell. lib.15. cap.2. ſibi Latinorum Rhetorum ſcholas non placere. *Edicunt* Tr. pl. apud Ciceronẽ Verrin.4. ne quis Romæ eſſet, qui rei capitalis damnatus eſſet. Cæterum ad §.4. verſ. *Sed & ſi.* Vide Io. Robertum lib.4. ſentent. c.21. ad hunc §.7. ciuem meum Ræuardum lib.5. varior. c.19.

§.9. *Siue habuit procuratorem, ſiue non*) atqui contra videtur facere l.39. j. eo. ſed quidam, reiecta Duareni opinione, exiſtimant reſtitui eum qui procuratorem reliquit, ſi per eum non eſt defenſus; vti has leges etiam inter ſe conciliare videtur Eguinarius Baro. præter quem vide etiam ad hunc §. Io. Robertum lib.3. recept. ſentent. c.1.

L.28.*Nec non & ſi quis.* §.5. *Exemplo reſciſſoriæ actionis*) Vt reſciſſoria actio datur ei, cuius res vſucapta eſt, cùm abeſſet reip. cauſa, ita etiam ſi eius poſſeſſionem nactus fuerit, & ab eo vindicetur, datur ei exceptio. vnde falli videtur Goueanus variar. lect. lib.1.c.46. Vide etiam Ræuardum lib.4. varior. ca.5. & Cuiacium obſeruat. lib.7.c.31.

L.32.*Abeſſe.* Scripſere ad hanc legem præter alios Leodegarius à Quercu, Cuiac. lib.12. obſeruat. c.33. Sigonius lib.1. de iur. ciuium Rom. c.15. Briſſonius ſelect. Antiq. lib.4.c.14.

L.39. *Is qui reip.* *Volens reſtitui non auditur*) Hoc pertinet ad poſterius caput edicti: & interpretabimur hoc modo: Volens reſtitui contra eum qui reipub. cauſa abfuit, & procuratorem reliquit, non audietur, l.*item ait prætor.* §.*hæc autem reſtitutio.* ſ. eod.

Tit.7. *De alienatione*) Ad hunc titulum ſcripſit Adrianus Puluæus: & multa Cuiacius lib.10. obſeruat. ca.3. ac rurſus in paratitl. Vide etiam Lud. Vitalem lib.1. variar. lect. c.17. & l.24. in fin. j. Commu. diuid.

L.4. *Itẽ ſi res.* *Qui tanti habuit re carere*) Rectum fuiſſet, aiunt viri docti; *Qui tanti habuerit non litigare, vt etiam re ipſa careret.* ſed illo modo dixit etiam Epigrammatographus,

*Ignoſcas petimus Vacerra; tanti*
*Non eſt, vt placeam tibi, perire.*

Atque de illo *tanti*, habuit multa ciuis meus Curtius εἰκαστῶν lib.1.c.46.

Tit.8.*l.1.* *Compromiſſum ad ſimilitudinem*) Dictum eſt compromiſſum, quod vltro citroq; litigantes promittunt pœnã, ſi non ſteterint ſententiæ arbitri. quæ promiſſio cum per ſtipulationem fieret, Pauli ſęculo condici non potuit, ſed pacti exceptio competijt l.11. j. eo. l. vlt. C. eo. vocatur autem receptum quod à compromiſſario iudice compromiſſum litigatorum recipiatur. l.*Rem nõ nouam.* Cod. de iud. vide Coraſium miſcell. lib.4.c.18. & rurſum lib.5.c.11. Cuiacium obſeruat. lib.10. cap.38. Lud. Vitalem lib.1. variar. lect. cap.4.

L.11.*litigatores.* §.3. *Nudo pacto fiet compromiſſum*) Quod valet ad excipiendum, cum rem tenemus: licet non valeat ad agendum in eos qui rem tenent, l.*iuriſgentium.* ſ. de pact. ex eo autem competit exceptio pacti, non rei iudicatæ, vt l.2. ſ. eo.

L.19. *Qualem autem ſententiam*) Ex hoc tractatu ſumpta eſt l.*ſi opus.* de oper. nou. nunc. vbi Vlpianus hæc ſic diſſeruit de ſententia verborum. quæ tamen verba interpretatur Balſamon, ad Canon. *Iuſtam an iniuſtam.*

L.21.*Quid tamen.* §.*fin.* *Agi ex ſtipulatu non poterit*) modo nihil interfuerit citius paritum eſſe arbitrio, §. vlt. de ſociet. Inſtit. porro ad initium huius legis vide Cuiacium obſeruat. lib.12. cap.2. ad §.1. *Si arbiter.* Ræuardum protribunal. cap.21. ad §.9. *Si quis ex litigatoribus.* Ioan. Robertum recept. ſentent. lib.2. cap.12. ad §. fin. Menochium de arbitr. iud. lib. ſecundo cap.8.

L.23. *Celſus ait*) Purgatio moræ non ſolùm liberat reum interitu rei, l.73. de verb. oblig. ſed à pœna poſt moram ipſo iure debita, l.19 quando dies legat. & purgatur mora vſq; ad litem conteſtatam, non ſolùm in faciendi obligationibus, l.84. & l.137. de verb. oblig. ſed etiam dandi. Si modo non interſit prius datum vel factum eſſe. Vide etiam Io. Robertum recept. ſenten. lib.2.c.18.

L.27.*Diẽ.* §.3. *Si plures arbitri*) adi Alciatum lib.9. parerg. c.14. & Molinæum ad Conſuetud. Pariſienſ. tit.3. §.33. gloſ.3. & rurſus ad l.1. §.*ſi ſtipulanti.* de verb. oblig. num.13. Couarruuiam lib.1. variar. reſolut. cap.2. & Cuiacium obſeruatio. lib.12. cap.16.

L.29. *Aduerſus.* Nam τῇ δυνάμει) Cum à fideiuſſore petitur; per quandam (vt ita dixerim) poſſibilitatem à reo petitur, cum, ſi fideiuſſor ſoluat, contra reum actionem habeat. Vide Alciatum diſpunct. lib.2.c.9.

L.32. *Non diſtinguemus.* *Si pœna commiſſa ſit*) Nam ſemel commiſſa pœna ſoluitur compromiſſum, ait Paulus l.*ſi duo rei.* §. vlt. j. eo. vnde ſumenda eſt interpretatio huius loci. falluntur igitur qui hic legunt; *ſi pœna compromiſſa ſit.* Accurſius interpolat, *niſi pœna compromiſſa ſit*, vide l.11. §.1. ſ. eo. & ad §.7. *De liberali.* Guilelmum Fornerium Select. lib.2.c.23. rurſusq; contra eum Cuiacium obſeruat. lib.9.c.37. ad §.16. *Quaſitum.* Prateium in uerſio. c.29. & 30. ad §.10. *Si is faciat.* Ræuardum de præiudicijs lib.2.c.5.

L.41. *Cũ lege.* *Ne minor 20. annis iudicare cogatur*) Non cogitur quidem, ſed tamen, ſi velit, iudex eſſe poteſt; eiuſque ſententia valet, modò non ſit minor decem & octo annis, l. *quidam.* j. de re iudicat.

Tit.9. *Nautæ*) Vide Peckium ad titt. ad rem nauticam pertinentes.

L.1. *Ait prætor*) Vide Lud. Vitalem lib.1. var. lect. ca.2. & Alciatum lib.3. diſpunct. c. vlt. lib.1. parerg. c.43.

§.3. Quod χειρέμβολον) adi hic quoq; Alciatum lib.1. parerg. cap.44. & ad τὸ *Mediaſtini* Ræuardum lib.5. varior. cap.20.

L.7.*Debet.* Hic agitur de actione quaſi ex maleficio; ſupra actum fuit de actione ex cõtractu. Vide Cuiacij Paratitla. & mox Alciatum lib.1. parerg. c.43. itemq; ad §. *Hæc iudicia.* Gilbertum Regium lib.2. ἐναντιοφανῶν cap.7.

## *IN DIGESTORVM SEV PANDECTARUM librum quintum notæ.*

Tit.1. *De iudicijs, & vbi quiſque*) Titulum hunc non eſſe generalem, vt volunt quidam, docet Cuiacius lib.7. obſeru. cap.32. vide & Prateium de inſcriptione hac In uerſio. cap.31. Rainaldum Corſum lib.3. Indagat. c.1. Ræuardum protribun. cap.5.

L.2.*Conſenſiſſe.* §.1. *Lex Iulia iudiciorum*) lata à Iulio Cæſare, teſte Suetonio in eius vita. Vide Briſſonium ſelect. Antiq. lib.4. cap.7.

§.6. *Compelletur iudicium accipere, quam inuenire eos*) ſc. potius. quæ phraſis Iuriſconſultis perfamiliaris eſt. malè autem harum rerum imperiti interpolant hoc totum addito *magis*, de ſuo. vide Auguſtinum emend. lib.2. cap.8. & ad ſequentia Briſſonium ſelect. Antiq. lib.3. cap.4. Cuiacium lib.11. obſeruat. cap.9. & Menochium de arbit. iud. lib.1. quæſt.74.

L.12. *Cũ prætor.* *Moribus fœminæ, & ſerui*) Vide Ariſtotelem Polit.1. cap.8. & cauſam intelliges cur vetuerit Iuſtinianus mulieres negotij alicuius arbitras conſtitui, l. vlt. Cod. de arbitr. Innocentius tamen tertius contra ſcripſit cap. dilecti. de arbit. adi etiam Ioan. Robertum lib.3. ſentent. c.23. Bellonum lib.3. ſupputat. ca.10. Gillotum de iuriſdict. lib.2.c.22. & 23.

L.15.*Filiusfa.* *Filiusfamilias iudex*) Alij reponunt contra fidem veterum librorum; *filijfamilias.* Vide Cuiacium obſeruat. lib.13.c.18. & lib.8.c.9. Zazium part.1. Antinomiar.22. Gilbertum Regium Noſorinum lib.1. ἐναντιοφανῶν c.14.

L.20.*Omnẽ.* *Non ex crediti cauſa debeatur*) negatiuam Haloander præter omnium membranarum auctoritatẽ, & quod capitalius eſt, præter & contra rationem hinc ſuſtulit. Vide Ant. Auguſtin. lib.2. Emend. c.17.

L.35. *Nõ quẽadmodum.* *Fideiuſſoris obligatio in pendenti*) contraria videtur huic legi l.40. j. ad leg. Aquil. ſed Baſilicôn interpretes ſic conciliant, vt non ex contractu conditionali ante conditionem, ſed ex delicto admiſſo agatur.

L.37.*ſi de vi.* Τῷ κοινῷ τῶν θεσσαλῶν) Haloan. ſubſtituit τῶν σιγα-κυσιῶν, ſed fide & mente non bona; vt colligere eſt ex l.*qui cœtu.* ad legem Iuliam de vi publ. vbi tamen hoc reſcriptum tribuitur Diuo Pio, Hadriani ſucceſſori; forte

quia

quia idem quod Hadrianus; Diuus Pius quoque reſcripſit, qui Hadriano plurimum detulit. Idem autem ab vtroque interdum reſcriptum fuiſſe apparet ex L. *Papinianus* in fin. 1. de inoff. Vide Cuiacium lib. 5. obſeruat. cap. 15. & lib. 2. cap. 32. Itemque Conſtantium Landum prętermiſſion. cap. 5.

*L.48. Pars literarum.* Τὺς ἄρχοντας) *Prætores* vertit Haloander. in quo reprehenditur ab Alciato; qui hoc nomẽ magiſtratus apud Athenienſes fuiſſe ait. Ant. autem Auguſtinus vir ampliſſ. id de omnib. magiſtratib. ꝓuincialib. accipi poſſe putat, & cum eo doctiſſimi quique faciunt vide Alciatum lib. 4. diſpunct. cap. 6. & Auguſtinum ad l. εἰδέναι de tutor. & curat. dat.

*L.49. Venditor.* *Et cogi pronuntiare*) Non ab ipſo quidem qui eum dedit, ſi ſit priuatus. l. 13. ſuprà de Iuriſd. ſed vel ab ipſo præſide, ſi in prouincia remaneat, vel ab eius ſucceſſore. vide Couarruuiam practic. quæſt. cap. 8.

*L.54. Per minorem.* *Per minorẽ cauſam maiori*) atqui l. 4. ȷ̄. de publ. iud. ait interdum euenire vt præiudiciũ iudicio publico fiat. verũ lex illa de iudicijs loqtur, in quib. ciuiliter & criminaliter agi poteſt. & dictio, *interdũ*, oſtendit illic exceptionẽ hui⁹ regulæ tradi. Vide interpretes Baſilicôn. Io. Robertũ lib. 1. Senten. c. 13. & Ræuardum meum li. 2. de præiudicijs c. 7.

*L.59. Si locus.* Coniunge l. *eum qui*. de Iuriſ. l. *iudex*. de re iud. l. *nemo*. de reg. iur.

*L.65. Exigere.* *Exigere dotem mulier debet illic*) Vide Io. Robertum li. 1. ſentent. cap. 4. & Auguſtinum Beroium quæſt. 108.

*L.68. Ad peremptorium.* *Hoc ordine venitur*) Conſulatur Duarenus lib. 1. diſput. c. 7. Ræuardus pro tribun. cap. 3. & Io. Robertus lib. 3. ſent. iur. cap. 17.

*L.77. In priuatis.* *Iudicem habere poteſt*) Conciliaui hanc legem, inquit Ruſſardus, cum l. *qui iuriſdict.* ſ̄. de iuriſdict. Cuiac. vero exiſtimat nihil diſtinguendum eſſe inter, *ius dicere*, & *iudicare*: ſed in eo verſari differentiã, quia iudicare *poteſt*, vt hic; ſed non *debet* vt ibi. vide Coraſium lib. 4. Miſcell. c. 9. & Duarenum lib. 1. diſputat. cap. 5.

*Tit. 2.* *De inofficioſo*) in hunc titulum ſcripſit præter alios Eguinarius Baro tom. 3. Prateius catapodiſmat. lib. 2. & Ræuardus de auctoritate prudentum cap. 13.

*L. Papinianus.* *Litis ordinandæ gratia*) quemadmodũ ad ordinandũ iudiciũ petitionis hæreditatis aditio, & bonorũ poſſeſſio ad bonorũ poſſeſſorũ actionem ꝑcedere debet, ita & ad querelã inofficioſi ordinandã, inuenta eſt hæc bonorum poſſeſſio, quę ob id gratia ordinandæ litis impetrari dicitur, Græci interpretes ad l. *Poſthumus* §. vlt. & l. ſeq. ſ̄. eo. Viglius ad tit. de inoff. Inſt. præter quos vide Cuiaciũ lib. 9. obſeruat. c. 14. Contiũ lib. 1. lect. ſubſici. c. 3. Gilbertũ Regiũ lib. 1. ἐναντιοφανῶν cap. 27. Briſſonium ſelect. Antiq. lib. 4. c. 19. ad §. porro 3. *Papinianus* vide Coraſiũ lib. Miſcell. 6. ca. 11. ad §. 6. *Si quis mortis* Forcatulum dialog. 35. num. 4.

*§.8.* *Qui non queritur*) .i. qui tacet, & nõ agit querela: aliud vero dicendum eſt, ſi queſtus ſit, id eſt de inofficioſo egerit, & poſtea non agere conſtituerit; aut tempore excluſus ſit l. *ſi ponas* 23. §. vlt. ȷ̄. eod.

*§.9.* *Quarta autem accipietur*) De quarta legitima ſcripſit Hotomannus vol. 1. diſputat. ca. 2. & Martreſius in notis cap. 5.

*§.16.* *Libertates ipſo iure non valent*) Hoc emendatur Nou. 115. vt cum de appellat. §. *Si hæc ita*. In qua ſancitur, vt teſtamentum inofficioſum fiat irritum, quantum ad inſtitutionem hæredis, cætera autem firma permaneant.

*L. 21. Eum qui §.2.* *Idem reſpondit*) Contraria huic reſponſo videtur l. 21. §. *neptis*. ad Sillan. videtur, inquam, non eſt, in illam enim dolus hæredis punitus eſt. vide Cuiacium lib. 15. obſeruat. cap. 12.

*L. 24. Circa inofficioſi.* *Quid enim ſi fratre agente*) Vnus forte erat honeſtus, alter vero infamię nota adſperſus l. *fratres* C. de inoff. teſt. vnde pro parte huius reſcinditur teſtamentum.

*L.27. Si inſtituta.* *De inofficioſo teſtamento*) pugnare hoc videtur cum l. *cum mota* C. de tranſact. verum in ea lege is qui tranſegerat partem bonorum ſuſcipere debebat, & à lite diſceſſerat: in hac vero lege, ſub alia pactione tranſactum erat, quæ litẽ omnino non perimebat, aut certe ſi litem terminaret, nullam bonorum partem tribuebat. Vide Couarruuiam practic. quæſtionum cap. 6.

*L. 28. Cum mater.* *Hic illud adnotatum*) non tamen reprehenſum, ne pugnet hoc reſponſum cum l. 8. §. vlt. ſ̄. eo. ſed obſeruatum, quomodo vſurpatur l. *debitor* in fi. de leg. 2. ȷ̄. atq; ita quidem Ruſſardus has leges conciliat. Stephanus vero Græcus interpres ſic antinomiam hanc tollit, vt dicat; decretum Hadriani tunc locum habere, cum non agit filius de inofficioſo teſtamento, ſed cum agit ex tacita voluntate matris. Vide præter Cuiaciũ à Gothofredo hic quoq; allegatum Curtium noſtrum lib. 3. εἰκαστῶν ad fratrem c. 35. Fornerium lib. 2. ſelect. cap. 16. & eundem Cuiacium ad l. *Titius* ȷ̄. de liber. & poſtum.

*Si hæreditatem petam*) Aliud dicendum videretur in ſpeciali actione l. *non poteſt*. ſ̄. de iud. Vide autem ad hanc legem Couarruuiam practica. quæſt. cap. 12. *Tit. 3. L. 4. Si hæreditatem.*

Vide ad hanc legem Martreſium in notis ca. 6. & ad §. 1. *Ita demũ*. Gilbertum Regium ἐναντιοφανῶν lib. 2. cap. 20. *L. 7. Si quis libertatem.*

*Ne ſingulis iudicijs vexaretur*) id eſt, ſingularum rerum vindicatione, quam hæres (in quem omnium rerum dominium à defuncto tranſit l. *cum hæredes* de acquir poſſ.) intendere poteſt l. *in rem* ȷ̄. de rei vindic. *L.13. Nec vllam §.4.*

*Vtilem actionem aduerſus eum dari*) quo caſu fiſcus nõ tenetur; nec conueniri poteſt, puta ſi procurator fiſci hac lege vendiderit, ne fiſcus teneatur. ita nihil repugnabit l. 2. & 3. C. de quadrien. præſcr. ad §. ſeq. porro vide Cuiacium obſeruat. lib. 9. cap. 25. *§.9.*

*Quo victus cedere debet*) Interdictum vnde vi cedit, qa hæreditatem cum actionib. reſtituit: pœnam vero ratione interdicti vnde vi exactam non reſtituit; quia extrinſecus proficiſcitur l. *at vbi* ȷ̄. & *l. item veniunt* §. *non ſolum* ȷ̄. *eo.* *L. 16. Quod ſi in diem §.4.*

*Quamdiu iudicati conueniatur*) Accurſius legit diſertim; *non cõueniatur*, qua ſuper re vide quæ ſcribit ampliſſ. Ant. Auguſtinus Emend. lib. 1. cap. 3. & ad §. 6. *Pridie Idus* Alciatum lib. 5. parerg. cap. 10. ad §. petitam 11. Menochiũ de arbitr. iud. caſ. 220. *L.20. Item veniunt. §.5.*

*Pretium eius ſucceſſiſſe*) In hæreditatis petitione non res hæreditaria vendita petitur, ſed hæreditas, quæ eſt vniuerſitas, & complectitur pretium rei venditæ. Idemq; eſt in alijs reb. vniuerſalib. In reb. autem ſingularib. ſola res debetur, quæ cum abeſt aut perempta eſt, iam nihil debetur. itaq; pretium nõ ſuccedit in locum rei l. *qui vas* §. vlt. de furt. & l. *venditor*. de hæred. vel act. vend. *L.22. Si & rem.*

*Quamuis in iure erret*) Error iuris in damnis rei ſuę amittendæ non nocet. Itaq; non nocere debebit huic bonæ fidei poſſeſſori, qui damnum tantum vitare ſtudet, nõ lucrum conſequi. nec enim eo quod bonæ fidei poſſeſſor eſt, fructus ſuos facit l. 20. ſ̄. eo. Vide porro ad hunc §. Vitalem lib. 1. variar. lect. c. 24. & Petrum Peckium noſtrũ ad c. poſſ. de Regul. Iur. in 4. & ad §. 11. *Conſuluit* Forcatulum Auiarij cap. 2. *L.25. Sed etſi. §.6.*

*Si quis re ſua lautius*) Præter Duarenum vide hic Io. Robertum lib. 3. ſentent. iur. cap. 5. Martreſium in notis cap. 7. *§.11.*

*Non minuendi fideicommiſſi*) ita Græca loquendi figura eleganter Iuriſconſultus vt ſæpe alias, ſubaudiri voluit *gratia, cauſa, nomine* aut ſimile quid. de quo genere abunde multa vide apud elegantiſſimum Antonium Auguſtinum Emendat. lib. 2. cap. 1. *§.16.*

*Licet à lupanario perceptæ ſint*) Ne honeſta interpretatio non honeſti quæſtus lucrum poſſeſſori faciat. l. *ſi poſſeſſor* ȷ̄. eo. percipiendæ autem ex inhoneſto quæſtu non venient. l. *generaliter* ȷ̄. de vſuris. *L. 27. Ancillarum §.1.*

*Sed ſi ipſi*) Vide Cuiacium obſeruat. lib. 15. cap. 12. & ad §. fi. Ioan. Robertum Recept. ſent. lib. 3. cap. 5. *L.31. Si quid §.1.*

*Sed benignius eſt*) Propter naturam iudicij bonæ fidei: nam in ſtricti iuris iudicio aliud obſeruatur l. *domum* C. de rei vindicat. *L.37. Plane in cæteris.*

*Indefenſum ius ſuum relinquere*) Bonæ fidei poſſeſſor moram non facit, ius ſuum defendendo, itaq; non tenetur ob interitum rei etiam poſt litem cõteſtatam. l. *ſciendum*. & l. *ſed & ſi*. de vſur. ȷ̄. quemadmodum malæ fidei poſſeſſor qui moram fecit. l. *item ſi* in fin. de rei vind. ȷ̄. & hoc inter ſe differũt hi poſſeſſores. Vide etiam Io. Robertum Recept. ſentent. lib. 1. cap. 13. *L.40. Illud quoq;.*

*Vel quantum teſtator iuſſerit*) Si modo facultates teſtatoris fuerint ſoluendo l. 1. in fi. & 2. ad l. Falcid. vide porro Coraſium ad l. *qui liberos*, de ritu nupt. num. 24. Molinæum in Conſuet. Pariſien. p. 1. §. 1. gloſſ. 5. num. 94. Ant. Quæſadam denique lib. 1. quæſt. iur. cap. 5. *L.50. Hæreditas.*

*De poſſeſſoria*) Hactenus dictum eſt de directa hæreditatis petitione: deinceps de vtili diſſeretur, cum enim bonorum poſſeſſores, & fideicommiſſarij ſummo iure nõ eſſent hæredes, re tamen ipſa eſſent, & in locum hæredũ in omnibus ſuccederent titu. de bon. poſſ. §. quos autem Inſtit. & l. 1. in princ. ad Senatuſconſultum Trebel. ęquum fuit dari illis vtilem hæreditatis petitionem. *Tit. 5.*

## *IN DIGESTORVM SEV PANDECTArum librum Sextum Notæ.*

*Per hanc autem actionem*) Vide Ioan. Robertum lib. ſentent. Iur. 1. cap. 13. quod autem ſtatim præcedit, *quæ ſo-* *Tit. 1. L. 1. Poſt actiones §.2.*

*lo continentur* propria hæc eſt Iuriſconſultorum locutio. teſte Seneca lib.2.natur.quæſt.cap.1.

*L.5.Idem Pōponius* §.1.
*Sed ſi plumbum*) vide præter Alciatum,à Gothofredo allegatum,Forcatulum Dialog.38.num.3.& cum Vlpiani rationi non ſit locus de hac ſpecie idem ſtatue quod de ſuperiore.

§.3.
*Vtilem in rem actionem dabant*) Vtilis in rem actio datur,directa non datur.l.*adeo* §.vlt.& l.*ſed ſi ex meis*.de acq. rer.domi.quæ competit ei in cuius fundo coaluit arg.§.*ſi quis ex aliena*.de rer.diuiſ.inſtitut.

*L.8.Pomponius.*
*Neque in hæreditatis petitione*) Id eſt, iuris ipſius, quod eſt temporale,nec poſſideri poteſt pro diuiſo. Nam ſi hæreditas pro reb. hæreditarijs accipiatur pro diuiſo poteſt poſſideri l.1.§.*ſi ego*.ſi pars hær.pet.

*L.9. Officium.*
Ad hanc legem vide quæ ſcripſerunt Ant.Rub. ad l. *naturaliter* §.*nihil commune* de acquiren. poſſeſſion.numer. 227. Gomeſius Inſt.de act. §.1. num.10. Franc. Viui.lib.1. communium opinionum ſub §.actio: verſ. *Rei vindicatio* opin.10.

*L.15. Item ſi verberatum.*
*Si quis rem ex neceßitate*) Vide Hadrianum Puluæum de rei alienæ diſtract.cap.2.Pileum quæſt.42.Emanuelem Zoares lib.1.obſeruat.cap.2.

§.2.
*Modico honoris gratia poſſeſſori dato*) Ita Apuleius in Apol.2.ad Claudium Maximum:*Rumpi tabulas iſtas iube, Maxime,inuenies filium hæredem , mihi verò tenue neſcio quid honoris gratia legatum,ne ſi quid ei humanitus accidiſſet , nomen, maritus,in vxoris tabulis non haberem.* adi Duarenum lib.2.diſput.cap.35.Forcatulum dialog. 18. nu. 5.Cuiacium lib.2.obſer.cap.9.

§.3.
*Si ſeruus*) Faciunt huc quæ ſcribit Io.Robertus lib.1. ſent.iur.cap.23.& Pileus quæſt.104.

*L.16.Vtique autem.*§.1.
*Culpa non intelligitur*)Vide Menochium de arbit. iud. lib.2.cap.61.& ad præcedentia,præter Cuiacium, Robertum vbi ſ̃.

*L.18. Si poſt acceptum.*
*Vſu hominem cepit*) Quæ tamen vſucapio nihil ei prodeſt,cum eum reddere debeat. l.*mora*.de rei vindi. & l. *nec bona*.C.de præſcr.long.temp.

*L.21. Si à bona fidei.*
*Quò minus enim petitor*) alij *nihilominus* vnde quidam faciebant, *comminus*.i. cominus, & recta via abſq; ceſſione.vide Cuiacium lib.11.obſeruat.cap.39.

*L.23. In rem actio* §.3.
*Licet de pictura quidam*) Partic.*licet* corrigit. non eſt igitur contraria l.*qua ratione* §.*ſed non vti* j̃. de acquiren. rer.dom.& §.*ſi quis in aliena* Inſtit. de rer.diuiſ.

§.5.
*Item quæcunque alijs iuncta*) Vide Bartolum ad l.*centurio* 2.opp.vbi Rip.num.31. de vulg.& pupill. Tiraquellum in tractatu de legib. connubialib. par.5. gloſſ.1. num.25. ibi *Ferruminatio*. Alciatum lib.4. de verb. ſignif. & lib. 6. parerg.cap.2.Marianum Socinum in tractat. de oblig. libel.18.num.10.in 15.vol.tract.

§.6.
*Tignum alienum*) adi ciuem meum Ræuardum ad leg. 12.tab.cap.20.

*L.38. In fundo.*
Ad hanc legem vide Tiraquellum de Retract.§.15. gloſ. 1.& ſeq.Felinum ad c.*cum cauſam* num. 28. ex. de ſentent. & re iud.Cagnolum ad l. *ea eſt natura* nu.11. & 15. de Reg. Iur.Marſilium ſingul.177.

*L.44.*
*Fructus pendentes*) Pete interpretationem huius legis à Zazio par.2. Antino. 6. & Couarruuia lib. 1. Reſolut. cap.3.

*L.47. Hæc ſi res.*
*Poſſeßionem eius rei non traditum iri*) Etſi cauere non debeat, actiones ſuas ſe ei præſtaturum. cautiones autem ſunt diuerſæ.itaq; magis diuerſa eſt hæc lex l.*is qui* j̃. eod. quam contraria.

*L.57. Is à quo.*
Vide Fel.ad cap.*cum ſuper* col.3.num.11.in med.ex̃ de re iud.Afflict.deciſ.15.num.2.Bart.ad l.*ſi alienam* in fin. Sol. matr.Iaſonem & Decium ad l.*nam & ſi fur*.ſi cer.pet.Couarruuiam deniq; practic.quæſt.cap.16.

*L.61. Minicius.*
*Nam proprietas totius nauis*) quod factum eſt ex aliena materia ſequitur dominum materiæ , iuxta ſententiam Sabinianorum §.*cum ex aliena*.de rer. diuiſ. Inſtit. quod tamen ex Iuſtiniani emendatione profectum eſt. porro quæ ſit differentia cum in inſcriptione huiuſmodi capitum reperitur, *ex Minicio*,quæ,cum ſcribitur, *ad Minicium* docebit te Ant.Auguſt.Emend.lib.1.cap.6.

*L.68. Qui reſtituere.*
Hanc legem explicant Coraſius lib.6.Miſcellan. cap.1. & ad l.*in actionib*. de in litem iur. p.268. Duaren.de in lit. iur.num.44. Loriotus de action. axiom.64. & de eo quod intereſt.axiom.17.69.& 74.Alexander ad l.*ſi prius* nu. 44. de no.oper.nunc.ad l.*in actionib*.num.9.de in lit.iur.& ad l.*naturaliter* §.*nihil commune* num.48. de acq. poſſeſſ. Rimium ad §.1.Inſt.de donat.nu.51.

*L.fin.*
*Se non poßidere*) qui negat ſe poſſidere, non conuenitur quidem ille, ſed ſi mendacio negauerit, transfertur poſſeſſio in actorem.atque hoc cum ſpecialiter negat. vide Hippolyt.ſingul.242. ſed quid ſi dicat ſe alieno nomine poſſidere? Adi Afflict. deciſ.18. Felin. c. *ex tenore* nu. 3. ex̃. de Reſcript.Iaſonem ad §.*omnium* Inſtit. de act. nu.68. vſq; ad nu.99. deniq; Mar. Antonium Cucchum Lapum qui ſcripſit ad hanc legem allegat.64.

*Ti.2. L.7. Sed & ſi.*§.7.
*Vt & habeat actionem*) Quod ſi rem ſuam eſſe iurauerit, actione in factum experietur, ſi,qui detulit iuſiurandum,rem poſſideat.l.*ſed et ſi poſſeſſori*.in princ.§.*proinde*.j̃. de iureiur.

*L. 12. Cum ſponſus.* §.2.
*In vectigalib.*)Vide Forcatulum dialog.19.nu.3.Ræuardum lib.1.Varior.cap.5.

*Quæ vſucapi non poſſunt*) Niſi dominus etiam miſſo in poſſeſſionem aduerſario , damni infecti cauere noluerit, & per contumaciam ſuam paſſus ſit iuberi à prætore eum poſſidere l.*ſi finita*.§.*ſi de vectigalib*.de dam.infect.

*Ti.3.L.1.Agri.*
*Vectigales vocantur*)§.*adeo* Inſtit.de loc.& conduct.vnde emphyteutæ perpetuarij vocantur l.1.C.de locat.præd. ciuil.& eorum ius perpetuarium l. 2. C. de off. Com.rer. priuat.Poteſt tamen fundus dari in emphyteuſim ad tempus,ſi in contrahendo hoc exprimatur No.7.§.*alienationis. &* §.*emphyteuſim*.& No.120.§.*licentiam*.Vide Forcatulum Dialog.19.per totum Io.Robertum lib.3.ſenten. Iur.cap.28.Rim.ad Rubr.Inſt.de donat.num.295.& ſeq.Ariam Pinellum in Repetit.ad l.1. Cod. de bon. mater. in 3. par.ſolut.474.

*L.3.Idem eſt.*
Lex hæc eſt coniungenda cum fine primæ , & intelligenda de ijs , qui conduxerunt à municipio aliquo & ciuitate,qui tametſi non ſint emphyteutæ, nec habeant omnia iura emphyteutica;hoc tamen habent , vt in rem agere poſſint.arg.l.1.de loc. publ.fru. Id quod vtilitatis publicæ cauſa comparatum eſt. Quod ſi quis à priuato quid conduxerit, ſed non ad modicum tempus , eadem actione experietur cauſa cognita l.1.§.*quod ait prætor* de ſuperficieb. Vide Sarmientum lib.3.ſelect.interpretat.cap.2.

## *IN DIGESTORVM SEV PANDECTARVM Librum ſeptimum Notæ.*

*Tit.1. L.3. Omnium.*
*Dare autem intelligitur*) Adi Doctores ad l.3.§. *& harum*.de verb.oblig.in primis Socinum.& Aretinum Inſtit. de Action.§.*æque* in 2.col.ver.8.*præmittit*.Claud.Marmet. in Repet.l.*naturaliter* §.*nihil commune* ſub num.11. verſ. *Sed tu declara*.de acq.poſſeſſ.

*L.7. Vſufructu legato.*
*Omnis fructus rei*) Conſule Molinæũ in Conſuet.Pariſien.p.1.§.1.gloſ.1.num.40.cum ſeq.& Cuiacium lib.9.obſeruat.cap.18.

§.2.
*Quoniam igitur omnis*) Vide Gueuarram in Cic.Topica p.27.

*Vel ſalarium, vel alimenta*) alij legunt:*vel ſolarium* , vt ſit illud vectigal quod pro ſolo penditur l.2.j̃. ne quid in loco publ.

§.3.
*Caßius quoque ſcribit*) vide Cuiacium lib.11.obſeruat. cap.36.

*L. 9. Item ſi fundi* §. 6.
*Seminarij autem fructum*) vide Vlpianum l.4.§.1.Arb. furt.cæſ.Cottam in memoralib.in voce *Seminarium*.Molinæum in Conſuetud.Pariſ.tit.1.§.1.gloſſ.8.nu.7.&Zoannettum Reſtit.ad ff.cap.23.

*L.12. Arboribus.*§.3.
*Si fugitiuus,in quo meus vſusfructus eſt*) alij legunt auctius longè;*Si fugitiuus,nondum ab aliquo poſſeſſus,in quo meus &c.*quæ inſerunt,ne hic locus pugnet cum l.1. §.*per ſeruum* de acq. poſſeſſ. ſed veriſimilius eſt compoſitores Pandectarum huc tantum congerere voluiſſe quæ pertinent ad inſtitutam diſputationem de vſufructu: quæ autem ad poſſeſſionem acquirendam , vel dominium , ſuis locis reſeruaſſe : nam illis quoq; verbis alia addenda fuiſſent vt omnis difficultas tolleretur.vt apparet ex l.*per eum* de acq.poſſ.

*L.13. Si cuius* §.6.
*Si tamen quæ inſtituit*) Vide Charondam lib.1.Veriſim. cap.5.in fi. & cap.21.circa princ.

§.7.
*Item Nerua eum cui ædium*) Eadẽ Labeonis ſententia refertur in l.7.§.*hac ratione* ſ̃. eod. aliud vero dicendum eſt,ſi ſint diuerſæ ædes,& alterarum vnus proprietatem, alterarum alter vſumfructum habeat l.30.j̃.eod. & l.*Gaurus Marcello* §.*Marcellus* j̃.de ſeruit.vrb.præd.

*L. 15. Sed ſi quid* §.*fin.*
*Seruitutem imponere poteſt*) *Quia non habet totum* ius ea de re ſtatuendi , vſusfructus enim illi deeſt : nemo autem poteſt fundo ſeruitutem imponere, niſi qui plenè dominus eſt l.1.commun.præd.j̃.nec quidquam refert qđ eſt dominus proprietarius l.25.de verb.ſignif.& fructuarij cauſa deterior non fit, qui conſentit ſ̃.§.*proprietatis*. & huic quoque paciſci licet l.*paciſci* ſ̃. de pact. ius ſuum vel totum vel pro parte remittere l. penul. C. de Pact. hæc enim omnia dominium plenum nõ transferunt.Sane obligatio perſonalis contra vtrumq; hinc naſcetur,&,ſi fund⁹ alienatus ſit,ſeruitus eum nõ ſequetur. Vide etiã Cuiaciũ

ad §.

### *IN CODICIS LIBRVM DECIMVM NOTAE.*

*Tit. 1.* *De iure fiſci*) Iuris fiſci vocabulo etiã priuilegium fiſci cõprehenditur l. *AElianus* ff. de manumiſſ. l. 2. s̄. de priuil. fiſci. qui titulus an, & quid à noſtro hoc diſtet, docebit te Cuiac. hic. præter quem etiam ad hos tres libros poſteriores ſcripſere Plateanus, Penna, Pulaæus, Pyrrhus Anglebermæus & Alciatus. porro fiſcus eſt cophinus ſiue ſporta, eiuſq; appellatione non ſacrũ tantùm ærarium, id eſt, ſacræ largitiones ſiue theſauri continẽtur, de quib. propriè fiſcus dicitur, l. 3. s̄ de quadr. præſcr. ſed & priuatum, id eſt, res & largitiones priuatæ Auguſti vel Auguſtæ l. 1. j̄. de loca. præd. ciuil. l. 1. j̄. de collat. fun. fiſ. vide l. 9. hoc tit. j̄.

*L. 1. Si prius.* *Si prius quam fiſci*) Donatarius à fiſco conuentus hypothecaria, in dubio probare debet donationẽ præceſſiſſe, vt abſolutio ſequatur Rip. ad l. *ſi debitor* num. 7. ff. *de pignorib.* Hannibal de Cano. ad l. *poſt contractũ* ff. de donat. nu. 43. 45. & 47. Camil. Viſit. ad l. 1. ff. ſolut. matr. præter quos adi etiã Ægidium Boſſium in Tit. de fiſco. & eius priuilegio fol. 377.

*L. 2. Inſtar rei.* *Computatio à tabularijs facta*) Tabularij eorum quæ publico inferuntur & debentur rationes cõficiunt l. 1. & l. *miſſi* j̄. de exac. tribut. l. 2. j̄. de nu. l. 1. j̄. de immu. nem. com. l. 1. j̄. de cenſib. Vide autem Coraſium lib. 3. miſcellan. cap. 11.

*L. 4. Certa forma.* *Super metoecis data eſt*) Suidas *metoecos* dici eos tradit, qui extra patriam habitant; & tributum qđ ab his perſoluitur *metoecion*. erantq; Athenis olim *metoecia* feſtus dies, ob receptos in ciuitatem colonos. Cæterum conſtituitur hac lege; vt τῶν μετοίκων prædia in fiſcum redigãtur, quæ ab eis diſtracta non fuerint; niſi ſpecialiter id eis princeps conceſſerit vt ea ſibi retineant: ſic tamen, vt non arceantur à ſucceſſione parentum in ea ciuitate relictorum ex qua emigrarunt. Vnde & poſtea ſibi ex ſucceſſione in eadem ciuitate bona acquirere poſſunt, ex alia cauſa forſitan non æquè arg. l. *milites* ff. de re mili. adi Forcatulum Necyomant. iur dialog. 18.

*L. 5. Prohibitum.* *Et vt omni prouiſionis genere occurſum ſit Cæſarianis*) *Cæſariani* ſunt officiales procuratoris qui & *Catholiciani* dicũtur in l. pen. §. vlt. s̄. de bo. proſcrip. quemadmodum procurator ipſe *Catholicus* ſæpè in lib. βασιλικῶν appellatur

*L. 6. Iuſtas etiam.* *Vt iam calumniæ*) τὸ, *vt* inducit etiam Cuiacius: qui ait ſententiam hanc eſſe: Si abolentur iuſtæ fiſci lites præſcriptione temporis, quid fiet de iniuſtis & calumnioſis priuatorum litibus?

*L. 8. Qui in contractib.* *Interuerſorum maculoſis ſeſe fraudib. implicuerint*) *Interuerſores* ſunt adminiſtratores qui dolo malo dilapidãt rem pecuniámue fiſcalem. *Euerſores* in l. 2. j̄. de palat. ſac. larg. l. 1. Co. Theo. de ſuſcept. *decoctores* in l. *quilibet* j̄. de decur. l. *ſi aliquid* j̄. de ſuſceptor. hi in quadruplum tenentur l. 1. j̄. de ijs qui ex publ. rat. l. 1. j̄. pœ. fiſc. cred. præf. l. *in fraudem* §. pen. ff. de iure fiſc. Imò in duplum. l. prox. s̄. l. *aufertur* §. 1. ff. eod. ita eſt, in ijs quæ fiſco nondum acquiſita ſunt; in acquiſitis iam locus eſt actioni in quadruplum.

*L. 9. Super creandis.* *Super Irenarcha & optione*) Creantur Irenarchæ periculo decurionum & ex diſpoſitione præſidum l. 1. j̄. de Irenarchis. & ad l. *Diuus* ff. de cuſtodia reorum ita definiuntur; εἰρηνάρχαι οἱ τῆς τοῦ δήμου εὐταξίας ἐπιστάτουντες. *Optio* autẽ eſt, non, vt vult Accurſius, qui publica exigebat; non, vt Alciatus, qui ægrotorũ vice fungebatur, ſed qui erogabat annonam militarem. de vtriſq; autem vide plura aqud Cuiacium obſeruat. lib. 1. cap. 33. & ad l. 7. j̄. de exact. tribut.

*L. 10. Eorum.* *Conſtiterit fuiſſe conuictos*) ergo etiam ſi poſt accuſationem deceſſerint, pœna publicationis bonorum in hæredẽ non tranſit; excepto crimine perduellionis. ſed quid ſi deceſſerint poſt appellationem? hoc decidit apertè l. vlt. s̄. ſi re9 vel accuſ. mort. fuer.

*L. 11. Omnis publica.* *Intra ſex menſes poſt litis conteſtationem*) ergo merito in l. *properandum* s̄. de iud. excipiuntur cauſæ fiſcales, quippe quæ intra menſes ſex à litis conteſtatione finiendæ ſint ex hac conſtitutione, niſi rei neceſſitas, perſonarum, aut inſtrumentorum cauſa exegerit longiorem moram. Cauſę autem pertinentes ad publica munera, quæ in eadem lege excipiuntur, finiendæ ſunt intra tres menſes l. *generali* j̄. de decur.

*Tit. 2. l. 4.* *Cùm compleuerint*) id eſt creditori ſatisfecerint, & ſoluerint. rectè enim & alibi dicitur, *creditorem adimplere* pro, creditori ſoluere l. *cum poſt*. §. vlt. ff. de admin. tut. l. vlt. s̄. de teſta. man. & Lib. βασιλικῶν *tit. 4.* καὶ πληρώσας σε, & hoc loco μεθ᾽ ὃ πληρώσουσι τὸν δημόσιον.

*L. 5. Inter chartulas.* *Breuis quidam adſeueratur inuentus*) *breues, breuia, breuicula* pro eiſdem ſunt; τὰ βρέβια Græci vocant. nominatim Zonaras in Carthaginenſi Concilio. & Iulianus in epiſtola ad commune Iudæorum. vtuntur & frequenter libri βασιλικῶν, dum rationes, volumina, vel corpora rationum ſignificant; quæ quidem per ſe ſola fidem non faciunt l. *inſtrumenta*. l. *exemplo* s̄. de proba. & ideo non poteſt fiſcus ex breuiarijs confiſcati rationib. quemquam conuenire, quaſi confiſcati debitorem; & hoc hic ſtatuitur. Alioqui enim breuitas chirographi non minuit fidem. l. *ſi aliquid*. s̄. de donat.

*Tit. 3.* *Et iure haſtæ*) id eſt auctionis, cuius ſignum eſt haſta in foro poſita. & quæ ita vendebantur, ſub haſta venire dicebantur, vt ſub corona captiui: quod eorum vænalium ſignũ eſſet corona capiti impoſita. Feſtus: *Haſtæ ſubijciebantur ea quæ publicè venundabant, quia ſignum præcipuum eſt haſta.*

*L. 1. Quod in libellum.* *Vel peruenire debere conſtiterit*) ſemper enim malæ fidei poſſeſſor etiam de percipiendis fructib. tenetur; nec obſtat l. *ſi fundum* s̄. de rei vindic. quæ dicit malæ fidei emptorem de perceptis fructib. teneri. malè enim colligunt, qui hinc colligunt, ergo de percipiendis fructib. non teneri.

*L. 2. Duplex ratio.* *In vtilitatemq; rationum mearum*) ad oram hic notatũ reperies legendum omnino eſſe hic vna dictione, *inutilitatemq;* r. m. quod ego firmo ex Cuiacio hic (qui & in l. 1. §. *hæc autem* ff. depoſ. hanc vocem reponendam putat) l. vlt. s̄. de ſeruit. & aqua Vide & Ioann. Robertum lib. 1. recept. iur. ciuil. lect. cap. 32.

*L. 5. Quacunque.* *Perpetuo penes eos ſint iure dominij*) hæc enim eſt vis & fides haſtæ fiſcalis l *ſi hypothecas* s̄. de remiſſ. pignor. nam ſi rite facta ſit, nec reſcripto principis, nec beneficio ætatis, nec alia vlla ratione conuelli poteſt, niſi minor fuerit indefenſus l. vlt. s̄. ſi prop. pub. penſ.

*L. 6. Si qui proſcribente.* *Proſcribente ac diſtrahente fiſco*) Proſcriptio fit de futura auctióne propoſitis libellis in celeberrimis vrbis locis, vt Cicero ait pro Quinctio. Theophilus ἐν τοῖς περιφανέσι τῆς πόλεως μέρεσι & Imp. l. vlt. j̄. de delat. & l. penul. s̄. de defenſor. ciuit. quod in alienationib. eccleſiarum fit per dies 20. ſcripto propoſito Nõ. 120. Multa ergo exiguntur in auctione fiſcali; Proſcriptio, Auctoritas procuratoris, Haſta, Præco, Quæſtor, Addictio, quæ fiat iuſto pretio.

*Nam ita eos munimus*) Fiſco auctionante is qui emit, ad pretium quanti licitatus eſt tenetur, non ad reliqua fiſco debita l. 2. in fin. j̄. de fun. rei pr. l. vlt. in princ. j̄. de cenſib. nec obſtat l. *Impp.* ff. de publica. quia ea non loquitur de venditione fiſcali, ſed de venditione à priuato facta. quo caſu reliqua omnino emptorem ſequuntur, vt eſt in tit. Sine cen. vel rel. fun. comp. non poſ. Magis vrget l. *prædijs* ff. de iur. fiſ. ad quam dicendum eſt; obtinuiſſe aliquando idem in fiſco. qđ in priuato hic; Sed cum id plærique refugientes nollent à fiſco emere, remiſſum & mutatum eſſe ab Impp. Valentiniano & Valente, facilius inueniendi emptoris cauſa.

*Tit. 4. l. vnica. Forma eſt.* *Quoties ad fiſcum vel minima portio rei pertinet*) Poteſt fiſcus ſolidum vendere inuito ſocio, ſed pars pretij ſocio reſeruanda eſt. l. 2. s̄. de com. rer. alienat. porro vide ad hanc legem Cagnolum ad proœ. ff. num. 3. Aretin. conſ. 38. col. 2. Cottam in memoral. in verb. *lecta* ad fi. Baldum deniq; con. 156. lib. 3.

*Tit. 5. l. 2. Retractare.* *AEquitatis honeſtatiſq; ratio non patitur*) niſi forte bonorum actores venierint l. *bonorum* ff. de iur. fiſc. quo caſu hæc conſtitutio locum non haberet, quia cum hi nouerint omnia quæ ad bonorum rationem ſpectant, euertitur planè & perturbatur ratio omnis eorum diſtractione. adeo vt in l. vlt. ff. de offic. præſ. eleganter dictum ſit; *actoris amiſſionem ad totius domus euerſionem pertinere*. adde & l. *interdum ff. de public.*

*Tit. 7. l. vnica.* *Pœnæ exactio poſtponitur*) In actionib. perſonalib. rei perſecutorijs πρωτοπραξίαν fiſcus habet: in pœnalib. non itẽ. Pœnæ enim fiſcalis perſecutio creditorib. poſtponitur l. *in ſumma*. l. *quod placuit*. l. *Statius* §. vlt. ff. de iur. fiſc.

*Tit. 8. l. 1. Eius ſummæ.* *Vſuræ non exigentur*) pœnarum vſuræ ideo non debentur, quod cum vſuræ ipſæ pœna veluti quædam ſit; iniquum fuerit pœnæ pœnam adijci. hinq; etiam vſuræ vſura non eſt, poſſunt tamen multæ deberi vſuræ, ſi intra tempora iudicati non ſoluatur.

*Multam tibi procurator meus irrogauit*) nec enim procuratori Imperatoris multæ dictio eſt l. 2. s̄. de mo. mul. ſed imponit pœnam legib. definitam.

*Tit. 9. l. vnic.* *Intra triennium retractari poſſe*) Res iudicatæ non facilè retractantur; nec vlla eſt ſatis probabilis retractationis ſpecies: in re tamen fiſcali ex cauſa retractantur intra trienniũ; & poſt triennium, ſi prætiaricatio vel manifeſta fraus arguatur l. 1. ff. de iur. fiſ. vel inuenta ſint noua inſtrumenta l. *Impp.* ff. de re iud.

*Tit. 10. l. 2. Si quando.* *Siue domum quam donauerimus*) *domum*, vacantem puta. alioqui enim nihil faceret hæc lex ad titulum.

*L. 4. Vacantia.* *Ex qualibet ſanguinis linea*) Ius ſanguinis eſt ius cognationis, non agnationis l. *qui in adoptionem* ff. de adoption. l. *iura* ff. de diuerſ. regul. iur. Vt tamen cognatio interdum

generaliter accipitur, ſic & ſanguis *Ex qualibet* igitur *ſanguinis linea*, id eſt, ſupra, vel infra, vel ex latere agnatum ſeu cognatum.

*Tit.11.* *De delatorib.*) *Delator* is eſt, qui rem ad fiſcum pertinentem ei vltro præmij cauſa denuntiat; vt puta qui crimina publica, bona caduca, ereptitia, vacantia, commiſſa, tacita fideicommiſſa, vaga mancipia, theſauri inuentionem nuntiat. Idem etiam accuſator dicitur l. *Senatus*. l. *deferre* §. *ijdē decreuerunt* ff. de iure fiſci, maximè ſi crimen publicum deferat.

*L.2. Monente.* *Vt cauſam ab alio delatam conuenienti diligentia inſtrueres*) Delatorem probare oportet ea quæ intendit. quæ ſi probauit, præmio afficitur; quod vt plurimum videtur olim fuiſſe quarta eorum quæ delata eſſent, vnde & quadruplatorum nomen. Si nec probauerit delator, nec obtinuerit; inter infames & improbos, alijs quibuſdam pœnis affectus, numeratur. quibus tamen pœnis non afficiuntur Cæſariani qui iuſſu procuratoris cauſam ab alio delatam inſtruxerunt. idemque eſt in aduocato fiſci l. *poſt legatum* §. *aduocatum* ff. de ijs quæ vt ind. atque hoc quidem merito, cum hi neq; delatores ſint, neq; ſua ſponte ad cauſam inſtruendam accedant.

*L.5. Omnes iudices.* *Seueritatem iudicum implorare ferro diſtrictam*) Euellebatur enim huiuſmodi delatoribus lingua. l.2. C. Theod. de petit. & vltro da. nec huiuſmodi tantum puniebantur ferro, ſed illud etiam in odium delatorum conſtitutum fuit, vt ſi idem delator etiam in bonis cauſis tertiò inuentus foret, capite plecteretur l.12.13.28. C. Theod. eod. tit. quod ſcilicet deferendi ſtudium quaſi artem excercere videantur.

*L. 6. Seruum domini.* *Seueriſsimæ ſententiæ*) vt ſcilicet igne comburatur l. vlt. j. eod.

*Excepto crimine maieſtatis*) At Imperator Tacitus ne in hoc quidem crimine ſeruos in dominorum capita audiendos cenſuit, Vopiſco teſt. eademq; fuit, teſte Plinio, Traiani quoq; mens.

*Tit.12.l.2. Omne ſemen.* *Memoriales vero*) ad quæſtorem pertinebant hi, vt Græci interpretantur hoc loco, οἱ ἐν τοῖς ὑπομνήμασι & ad l. eos. j. de exc. mun. οἱ τῶν ὑπομνημάτων πάντων & ad l. 5. j. qui mil. poſſ. τῶν κελεύσεων φύλακες, qui leges & reſcripta excipiebant & implebant, id eſt perſcribebant, aut perſcribi curabant. horumq; obſequio res quæſtoria agi dicitur in l. vlt. j. de prox. ſac. ſcr.

*Oraculo diuino ſeu mandatis*) *Mandatis*, quæ citra ſuggeſtionem aut libellum dantur l. vlt. j. de col. don. nam ſi vltro non dentur, ſed tacita alicuius competitione, in vitio ſunt. l.1. s.

*Tit.13.l. Vnic.* *Quod ſi ab vxore*) Vxor enim quoque ex lege Papia decimaria incapax eſt taciti fideicommiſſi. idque firmat l. vlt. in princ. ff. de his quæ vt ind. ex conſtitutione tamen l.2. s. de infir. pœ. cœl. non eſt incapax.

*Tit.15.* *De Theſauris*) *Theſaurus eſt* (definiente Caſſiodoro) *depoſitiua pecunia quæ longa vetuſtate competentes dominos amiſit.*

*L. Vnic.* *Altera dimidia*) quid opus fuit hac conſtitutione, cum iam id eſſet ab Adriano diſertè ſic ſtatutum? ideo opus fuit, quod dimidiam loci domino ab Adriano cōceſſam Imppp. Gratianus, Valent. & Theod. redegerant ad quartam l.2. C. Theod. de Theſauris. Vide & Nou.51. Leonis. & adi Forcatulum Necyomant. dialog. 56.

*Tit. 16. l. 2. AEs quidem.* *Annonas autem is ſoluere debet, qui poſſeſsiones tenet*) Sunt enim hæc prædiorum onera, non perſonarum, & prædiorum obligationes inter hæredes non diuiduntur, perſonales diuiduntur.

*L.3. Indictiones.* *Indictiones non perſonis*) *indictionis* nomine continetur tam annonaria quam tributaria functio.

*L.4. Omnes.* *Quæ manus noſtræ delegationibus adſcribuntur*) Suidas δηλεγατίων κατὰ Ῥωμαίοις ἡ ἔνταγὴ τοῦ σιτομετρίου, καὶ ἡ ἀννόνων μετακομιδή. Sunt igitur *delegationes* deſcriptiones, quib. exigendorum tributorum, & annonarum modus continetur, quæ & *delegatoriæ* dicuntur, quod delegari mittiq; in prouincias ſolent.

*L.8. Nemo.* *Ad inſtruendas manſiones*) *Manſiones* vocant ἀλλαγὰς ſiue diuerſoria, in quæ ſe recipiūt milites expeditionis tempore, vel etiam ſacer comitatus. Poſteriores *Manſus* dixere. Vtrunque à manendo. & inde *Manentes* in hiſtoria Helmodij; & Gallis *maiſons*. Villæ ſic poſſunt appellari; Clementi in Petro συστήματα. ſeparantur autem à ciuitatibus & oppidis in l.9. C. Theod. eod. titu. l.2. j. de cond. in publ. hor. l. *modios* j. de ſuſcep. l.2. j. de luc. adu. l. *Claudiopolis* C. Theod. de decur. manſiones porro hæ annonis & pabulis inſtruebantur ex collatione vicinorum, non ex collatione eorum qui procul diſiuncti erant.

*L. 11. Iudices.* *Iudices, quos*) *Iudices*, id eſt præſides; quorum munus eſt tributorum exactioni incumbere l. *in fiſcalib.* j. de exac. trib. Nou. 161. Idem & Catholicorum munus eſt, & ex Conſtitutione Auguſti iam ab initio Proconſulum Dio 53. τοὺς φόρους οἱ ἀνθύπατοι παρ᾽ ὧν ἄρχουσιν ἐσπράσσουσιν.

*Tit.17.l.1. Omnes.* *Superindicti nomine*) vertunt Græci ὀνόματι ὑπὲρ τὸν κανόνα. hinc autem apparet *ſuperindictionem* pro indictione canonica haberi; ideoque ab ea nullum excuſari. quod cum alioqui falſum ſit, excuſantur enim eccleſiæ, patrimonium resue priuata principis, & viri illuſtres, atque alij quidam in dignitate poſiti; putat princeps Iuriſconſultorum Cuiacius hanc legem de ſpeciali quodam ſuperindicto accipiendam eſſe, quod imperauerint Honorius & Theodoſius, non de quolibet.

*Tit.19.l.2. Nemo.* *Exactor accedat*) verior eſt lectio Cod. Theod. *Ciues eius accedant*: ciues enim admitti probat l. penult. j. hoc tit. & bona eis addicuntur cum onere illationum debitarum. Vide & Ant. Roſcium lib. 3. Memorab. cap. 13.

*L.6. In fiſcalib.* *Qui ad arcam eminentiſsimæ pertinent præfecturæ*) Canones aut ærario inferuntur, aut arcæ ſiue menſæ præfecti prætor. ex qua emolumenta ſolennia & penſiones præbentur. fit autem huius arcæ mentio in l.9. Co. Theod. de indul. deb. l. *duos* j. de ſuſceptor. l. vlt. j. de app. præf. præt. l. penul. j. de cur. pub.

*L.8. Si diuina.* *Curiæ eiuſdem ciuitatis ſub qua vincti ſunt*) qui hic ad marginem annotarunt legi alias; *ſub qua iuncti ſunt*, idque probari Cuiacio, humanum quid paſſi ſunt. legit enim ille, & rectè legit: *ſub qua vici ſunt*. Poſſeſſores enim cuiuſcumq; dignitatis atque fortunæ, ſi non ſoluant debitas capitationes, dominio prædiorum excidunt, eaque cum capitationis onere curiæ vrbis, ſub qua vici ſunt, adſignantur.

*L. fin. Ne exactorum.* *Vnus tantum in ſingulas prouincias ex competenti ſcrinio canonicarius mittatur*) Conſtitutioni huic derogat Nou. 128. quæ vetat compulſorem omnino mitti poſt canonicarium. porro de canonicarijs vide quæ ſcribant Græci ad l. *nullum* s. de offic. rec. & ad l.10. j. de murileg.

*Ti.20.l. Vnic.* *In duplum eruatur*) imo in quadruplum l. *peræquatores* j. de cenſ. Reſpondendum, illam legem loqui non de ſuperexactorib. ſed de peræquatorib. & diſcuſſorib. qui pecunia corrupti demunt vni, quod addant alteri; vel etiam pecunia redempti abſtinent ab iniurijs l. vlti. j. de diſcuſſ. Verum ſic quoque legi huic pugnare videtur l. *placet*. j. de exc. mun. videtur, inquam, pugnare, non pugnat re vera; loquitur enim illa de eo qui quid extra ordinem exigit ex deſcriptione præf. præt. non de ſuperexactore, cui non tantum dupli, ſed etiam capitis pœna, ſi perſeuerauerit, proponitur ex hac lege. quod tamen mutat No. Leonis 61.

*Tit.21.l.1.* *Res eorum qui fiſcalib. debitis per contumaciam ſatisfacere differunt diſtrahantur*) imò curiæ adſignari debent l.2. l. penult. s. de exact. tribut. ita eſt; non inuento emptore; vel vtrunque eſt indifferens, vt aut bona contumacium diſtrahantur ſine reliquorum onere, aut curiæ addicantur cum reliquorum onere.

*Tit.22.* *De apochis*) *Apocha* eſt profeſſio ſolutæ pecuniæ. *Antapocha* eſt exemplū apochę ſubſcriptū à debitore & creditori datum l. *plures* s. de fid. inſtru. *Apocha* debitor probat ſe ſoluiſſe, vt creditoris actionem excludat. *Antapocha* creditor probat ſibi reditus, penſiones, vſuras ſolutas fuiſſe, vt præſcriptionem temporis ſummoueat, vel vt repellat colonum ſeſe in libertatem aſſerentem. *Apocha* etiam ſecuritas dicitur, & ἀμεριμνία & ἀπόδειξις itemq; *Recauta* No. 130. & *Euacuatoria*.

*L.1. Ad inferiorum.* *Quadrimeſtrib. quoq; breuib.*) *quadrimeſtres* ſiue *quadrimenſtrus* breues ſunt qui de ſingulis penſionib. conficiuntur à chartularijs, & ad officium palatinum aut præfectū prætorio tranſmittuntur l.2. j. trib. enim penſionibus anni cuiuſque indictiones ſoluebantur l. vlt. s. de ann. & tribut. l. 15. & l.16. Cod. Theod. eod. tit.

*Si quis iudicum, numerariorum*) *Iudices* præſides ſunt: *Numerarij*, officiales qui numeros agunt, proximi tabularijs de quib. in tit. de ſuſceptor. j.

*L. 2. Semel.* *Spectabilitas tua*) omnes enim proconſules ſunt ſpectabiles.

*L. 3. Quicunque.* *Optio vel actuarius*) optioni iungitur actuarius vt Nou. Martiani de ind. deb. & l. *excellentia* & l. vlti. j. de erog. mil. ann. porro vide ad hanc legem Iaſon. ad l.2. s. de iur emphyt. Alexand. conſ. 105. lib. 3. Cremenſ. not. 79. Grammat. Conſ. 313. Rot. deciſ. 304.

*Tit. 23. l. 2. Neq; ſacrarum.* *Palatina officia*) *Palatini* ſunt largitionales ſiue priuatiani, qui pertinent ad Comitem ſacrarum vel priuatarum largitionum.

*L.3. Præcepit.* *Largitionales titulos retractare*) Tractatores & Chartularios eoſdem eſſe arbitratur Cuiacius in l. *nulli*. j. de numerar.

merat. lege vltima, infra de executor. 28. 30. 128. 129. & 147.

*Et præfectum Auguſtalem*) Qui in Ægypti prouinciam mittitur proconſulari poteſtate ſpecialiter dictus eſt Præfectus Auguſtalis l.1.ff.de offi.præfect.Auguſt.ſub eo autem erant prouinciæ hæ ſex Libya ſuperior, Libya inferior, Thebais, Ægyptus, Arcadia & Auguſtamnica.

*Tit.24.l.Vnic.* *Operarum præbitionem*) opera corporalia intelligit & quaſdam veluti angarias, niſi quod harum nomen latius patet, & ſeparantur ab operis in l.penult.j̃. de aquæd. l.4.C. Theod.de ext.mun.

*Ti.25.l.2. Per Bithyniam.* *Cæteraſque prouincias*) diœceſeos Ponticæ; vt ſunt Galatia, Cappadocia, Armenia.

*Dare cogantur*) Contius, *dare adſtringantur* Cuiacius vero legit, *adſtringi cogantur* abolitis inquit immunitatibus l.1.s̃. de oper.publ. eamque lectionem confirmat ex Cod. Theodoſ. ex veteri m.ſ. & ex Græca verſione, quæ habet δεσμεῖσθαι ἀναγκαζέσθωσαν videatur & Fornerius lib.1.ſelect.cap.20.

*Tit 26.l.1. Omnia.* *Apponatur cuſtos ac menſor*) qui deinde vacationem habent munerum perſonalium l.*his onerib*.§.1.ff.de vacat.mu. l.*menſores* ff. de excuſ. vide Forcatulum in penu iur. cap.9. & Menochium lib.1.de arbitr.iud.quæſt. 8.num.29.

*Tit.27.* *Liceat in emptione*) leg. ex Cuiacio: *in coemptione*, quam Græci συνωνὴν dicunt: & de qua ita Boëtius; *Cum acerbæ famis tempore grauis atque inexplicabilis indicta coemptio profligatura inopia Campaniam videretur.*

*De munere ſitocomiæ*) ita legendum contendit Alciatus, qui ait hoc magiſtratus eius nomen eſſe, qui frumenta & annonam curabat, ad quod allegat l.*munerum*.de mune. & honor.l.11.de vacat. muner. Cuiacius autem cum cura coemendi frumenti *ſitonia* vel *ſitonicum* appelletur, non magnopere referre cenſet, *ſitoniæ* an *ſitonici* legas.

*Tit.30.* *De diſcuſſoribus*) hi ſunt veluti cognitores & diſceptatores rationum fiſcalium ab alijs tractatarũ l.*cum poſt* s̃.de appell.l.penultim.ſupra quor. appell. non rec.vel etiam rationum publicarum l. vltim.j̃. hoc titul.l.1.ſupra de ratioc.op. publ.

*L.1. Quotiens.* *Ipſe in eodem titulo*) puta, in auro vel argento, & quod ſequitur; *& in eodem modo* refer ad quantitatem.

*L.2. ne caſu.* *Amiſſa ſecuritate*) hoc dicit breuiter: nihil nocere ſecuritatum amiſſionem, ſeruari enim illationum fidem poſſe ex rationibus & regeſtis publicis vt dictum eſt in l. 2. ſupra de con. fiſ.deb. vel ex arca præf.prætor.ſicut ex creditorum rationibus in priuatis debitis l. 5. & 6. ſupra de edendo. vide Cuiacium hic, & obſeruat.lib.4.cap.27.

*L.3. Per ſingulas.* *Vſque ad comitiuam conſiſtorianam*) diſcuſſionis onus iniungi poteſt non honorarijs tantum Comitibus conſiſtorianis, ſed etiam in actu poſitis, ſi ſuis obſequijs non adhæreant arg.l.1.j̃.de colleg. Item aduocatis fori prouincialis, quod tamen pugnare videtur cum l. 6. s̃. de adu. diuerſ. iudic. niſi eam ad illuſtrium & ſpectabilium iudicum dumtaxat aduocationem referas, non ordinariorum iudicum, quę non niſi impleto huiuſmodi munere, immunitate fruitur l.1.j̃.quib.mun.exc.

*Tit.31.* *A fortuna curiæ liberentur*) *Curia* ſenatum ſignificat, qui duplex eſt, Romæ antiquæ ſcilicet, & nouæ, atque hic dicitur maximus l.vlt.j̃.hoc tit.In alijs autem ciuitatib.ſunt *curiæ* hoc eſt ſenatus quidem, ſed minores: in qualem ſenatum qui conſcripti ſunt conſilij publici cauſa, curiales, ſiue decuriones, quodammodo ſenatores ſunt l.*omnes iudices* j̃. hoc tit.

*L.1. Si cum te pater.* *Et illo in rebus humanis agente*) ſi filiusfamil.voluntate patris, & patre ſuperſtite decurio factus ſit, hæredes patris reip.tenentur, excuſſo prius filio l.*libertus* §.*filium* Ad mun. ſed ſi filiusfam. à patre decurio factus, poſt mortem patris honores vel munera quædam ciuilia ſuſcipiat, vel ſi pater voluerit eum decurionem fieri, qui honor demum illi poſt mortem patris delatus ſit, hæredes patris eo nomine reipu. non tenentur l.*Lucius* §.*hoc reſponſum* ff.ad Munic.l.3.§.vlt. l.*etſi filium* ff.de mun. & honor. nec pugnat cum hoc l.*ſi filia* §.*Neratius* ff.fam.erciſ. quoniam ibi viuo patre filio delata eſt ἀγωνοθεσία, atque eam filium pater ſuſcepturum profeſſus eſt: vnde merito hæredes tenentur, etſi filius non niſi poſt mortem patris eo munere functus ſit. l. 1. j̃. de per. ſuc.par.

*L.2. Obſeruare.* *Nominationem ad certa munera faciant*) Duumuiri nominationem ad munera ciuilia faciũt ex more ſeu lege municipali, conuocata curia, ſed ab ea nominatione eſt appellatio l.*ſi adſcribatum l.ij qui ad ciuilia* l. *ciues* s̃.de appel.vel querela potius quam appellatio l.*ſi nominatus* Cod. Theo. eod.titul. ſine obſeruatione dierum fatalium l. 1. ſupra de temp.ap.atque hanc nominationem confirmari oportebat iudicio præſidum l.59.j̃.qui & nominationi intereſſe ſolent l.1.§.*ſed etſi præſes* ff.quando ap.ſit.

*Congruenti pæna coercebitur*) pœnam definitam vide in l. *omnes iudices* j̃. *L.4. Cum adoptiuum.*

*Conueniri non poſſe*) Dos tamen tenetur ob ciuile munus vel honorem mariti, nec ſpeciale hoc eſt in primipilatu: parapherna non tenentur l.3. ſupra Ne vxor pro mar. *L.11. Vxorem.*

*Cum hæc priuilegij, non notæ ſit*) Infamia repellit ab honoribus, immunitatem & vacationem munerum, quæ ex priuilegio tantum datur, non tribuit l.1. infra. de ijs qui non impl. *L.12. Nec infames.*

*Ad noſtram ſcientiam referri oportet*) Præſes prouinciæ tribuere munerum vacationem non poteſt, etiamſi iuſta videatur dandæ vacationis cauſa ſubeſſe: veluti paupertas, aut euerſio bonorum, aut morbus ſonticus, ſed impetranda eſt à principe l.1.j̃.de ijs qui à princ.vac.acc. *L. 14. Nemo iudex.*

*A tabellionum officijs temperare*) vide Cuiacium hic, Ferandum lib.2.explicat. cap.15. Forcatul. Necyomant. dialog.98. *L.15. Vniuerſos.*

*Non ante diſcedat quam inſinuato iudici*) Obſtare videtur l.penultim.j̃.de legat.videtur, inquam, non obſtat: præſidi enim decretum & cauſa legationis non inſinuatur, commeatum tamen ſiue ἀπολυτικὴν ab eo poſtulare neceſſe eſt. *L.16. Si quis decurio.*

*Ad duumuiratus munera*) in municipijs enim alijs duumuiri erant, in alijs quatuoruiri l.1.j̃.de ſol.& lib.deb.ciu. in quibuſdam ædiles l.2.j̃.titu.prox.l.*qui inſulam* §.*ædilis* ff. locati. & tale fuit Arpinum, de quo Cicero: *AEdilem filium meum fieri volui, is enim magiſtratus in noſtro municipio nec alius vllus creari ſolet.* ad hoc exemplum *Lanuuium Dictatores* habebat *Capua Prætores*, *Alexandria Hypomnematographos* l.59.j̃. ſed vt ad duumuiros reuertamur, qui eo honore perfuncti erant, *Duumuiralitij* dicebantur. Auguſt.de cura pro mortuis: *Curialis pauper vix illius loci duumuiralitius.* *L. 18. Si ad magiſtratum.*

*Refundere protinus ac repræſentare cogantur*) hoc dicit, Duumuiros non edentes ludos Circenſes, protinus reip.reddere compelli ea, quæ in eam rem reſpub. prærogauerit. Similis eſt de prætoribus lex eiuſdem Conſtantij lib.6. Cod. Theod.his verbis: *Pro eo quem abſentem tempus editionis inuenerit, erogationem debitam fiſcus expendat, poſt aduentum cuncta quæ prærogata fuerint ſoluturo.* *L.20. Circenſium.*

*Curialibus Antiochenis adſcribi*) ſic & Ilienſes & Delphenſes priuilegiati fuerunt, non quidem vt editus matre curiali & patre non curiali, curiam maternam ſequatur, ſed vt editus vtroque parente curiali, matris Ilienſis aut Delphicæ, vel etiam Ponticæ (nam huic quoq; idem indultũ) curiam ſequatur l. 1. ff. ad Munic. amplius Ilienſes Claudij temporibus etiam omni publico munere ſoluti ſunt l. *non tantum* §.*Ilienſibus* ff.de excuſ.tut. qua de re vide Cuiacium hic. *L.22. Eos indulſerunt.*

*Duodecim liberorum*) ex notis numeralibus faciunt alij XVI. quod tot deſiderentur in l.*ſemper* ff. de iur. immunit. vide Ferandum Paes in Tractat. de excuſat. par. ob num.liber. *L.24. Si quis.*

*Familiarium rerum carere illecebris*) hoc ad eos proprie pertinet, qui curia relicta in ſolitudines ſe recipiebant, non ad alios qui bona propria & teſtamenti factionem retinebant l.*generaliter* s̃. de epiſc. & cleric. vide Forcatulum in Cupidine Iuriſperito cap.5. *L.26. Quidã.*

*Curiæ nexus adſtringit*) hoc dicit, Qui natus eſt auo decurione, patre milite, aui conditionem ſequitur: qui patre decurione, auo milite, patris. quod curiæ cauſa vbique potior ſit. Vide Cuiacium ad cap.4. lib.3. recept. ſentent. Iulij Pauli. *L.27. Priuilegio.*

*Verum matrum conditionem ſequantur*) de Ilienſib. Delphicis &c. iam diximus: hic habes etiam alium caſum, vbi nati ex iuſtis nuptijs matris nõ patris originem ſequuntur, qui videtur tamen abrogatus No.38. *L. 29. Nati.*

*Procuratores reipub.*) qui & *curatores* reip.dicebantur: atque hi erant iudices & cenſores rerum ad ciuitates pertinentium l.3.s̃.de mo.mul.l.vlt.ff.de offic.aſſeſſ.Is eſt vnus ex decurionib. prædia publica & vectigalia locat, pecuniam publicam tractat, opera & loca publica curat l.*ad curatores* ff. de dam. infec. l.3. §.*planè* l.5.§. *idem ait* & §.*hæc verba* ff. quod vi aut clam l. 2. & 3. ff. de admin. rer. ad ciuita. pertinent. *L.30. Procuratores.*

*Principalium aut decurionum*) à Principalibus diſtributionum omnium forma procedit, vt eſt in Cod. Theod.tit. de ijs quæ admi.vel offic.publ.ger. non tamen extraordinariarum l.4.Cod.Theo.de ext.mun. Atque hi erant vel X.vel V.vel XX. pro curiarum amplitudine & numero. Inde Decemprimi Curiales l.2.Cod. Theod. de quæſt.l.44.coniun- *L.33. Omnes.*

cta l.42.C.Theod.de ijs qui ſuper rel. cont.l.39. C.Th. de epiſc.& cler.Vt autem in ſchola domeſticorum vel notariorum eſt primicerius caput ſcholæ, quem ſequuntur decemprimi, ita in curia eſt ſummo loco primus curiæ l.*Alexandrinis* j.l.127.C.Th.eo.tit.vt in ſenatu princeps ſenatus, qui primus ſententiam rogatur.

*L.38. Ne quis officialium.* *Indices tuæ cenſuræ ſubditos*) præſides ſubijciuntur præfecto prætorio l. *quilibet* j.

*L.40. Quilibet.* *Iuxta priſtinam conſuetudinem*) quod prius obtinebat moribus vt plumbatis caſtigari curiales poſſent, cum mutatum eſſet l.85.Cod.Theo.de decur.id hac lege in vſum reducitur; maximè ex his cauſis, ſi euerſores pecuniæ publicæ, ſi iniqui deſcriptionum arbitri, ſi ſuperexactores vel concuſſores fuerint.

*L.43. Omnes.* *Officiorum priuilegijs*) Quod de officiorum priuilegijs ait, & actuum præiudicijs, congruit cum l.17. 28.32.35.& 39 quod de reſcriptis, cum 19.36.& 37.

*L.45. Nominationum.* *Qui albo curiæ detinētur*) coniūge l.*nominationes* ſ.de appell.hoc autem dicitur: Non poſſe fieri nominationes ſiue creationes ad munera ciuilia citra conſilium decretumque publicum, præſentibus omnibus decurionibus, aut ſaltem duabus tertijs totius ordinis l. 3. ff.de decur. ab ord. fac. l. *nulli* ff.quod cuiuſque vniuerſit.vide Lapum allegat.55.

*L.46. Ad ſubeunda.* *Meritis & facultatibus*) atque hoc eſt quod dicit l. *honores* ff. eod.tit. honores & munera non ordinationi, ſed potiorib. iniungi, innuere enim vult, non tam vices ſpectari quam vires. quod & de tutelis Paulus ſcripſit 2. recept. ſentent.Cæterum ordinem harum legum mutauit, alios ſecutus, hic Gothofredus: quod moneo magis, quam miror.

*L.48. In ſucceſſione.* *Teneatur agnatio*) legis ſenſus eſt; Non tantum natos, ſed & poſtumos ſequi curialem fortunam patris. Quia enim lex ait; *patres* de alijs quam de filijs accipienda non eſt. de agnatis certè haud quaquam, quandoquidem decurionum agnati, etiam ſi eis hæredes exiſtant, eorum conditionem non ſequuntur.

*L.52. Quis tā inueniri.* *Votiua curialium numeroſitate*) aliud igitur dicendum apparet ſi ciuium ſit inopia l.3.j.quemad.ciu.mun.ind.

*L.53. Duumuirum.* *Extra metas territorij propriæ ciuitatis*) Duumuiri imperium non habent l. *ea quæ* ff.ad munic. Iuriſdictionem habent ad certam vſque quantitatem, quam nec ipſam defendunt pœnali iudicio l.1.ff.ſi quis ius dic.non obtemp.pignoris capionem l.29.§.*magiſtratus* ff.ad leg. Aquil. legis actionē dequo Cuiac. ad 2.ſen.Pauli.in ſeruos caſtigationē. l.12. ff.de iuriſd.l.*ſi priuatus* ff.qui & à quib.man.tutoris & curatoris dationem l.3.ff.de tut.& curat.dat.

*L.56. Alexandrinis.* Hæc lex, tres quæ ſequuntur & l.1.j. de Alexand. princ. pertinent ad curiam Alexandrinam, inſtitutam à Seuero Imp.& ſumptæ ſunt omnes ex vna eademq; nouella Theodoſij, vide plura apud Cuiacium hic & Gilbertum Regium 2.ἐναντιοφ.cap.20.

*L.57. Quinq;.* *Immunes eſſe cenſemus*) idem priuilegium datum eſt principalib. Vulſinenſium in Hetruria l.*Vrbis* Cod.Theo.eo.tit.

*L.60. Nullus.* *Qui honorario titulo illuſtrem dignitatem conſecuti ſunt*) reliqui igitur in curiam retracti per ſe potiſſimum munera obeunt l.*ſi quis curialis* ſ.de epiſc.& cler.nec obſtat nouella 123. vtpote quæ quod in præteritum indulget, in futurum vetet.

*L.63. Doctitij.* *Poſt peractam illuſtrem adminiſtrationem*) ergo antea nati tenentur, idque innuit l.61.ſ.l.prox.l. penult.& l.vlt.j. quare vt illuſtris non eſt filius natus ante illuſtrem dignitatem patris, ita filius regis non videtur dicendus is, qui natus eſt ante quam pater regno potiretur. quo iudicio contendit contra Darium fratrem maiorem Xerxes olim. & vicit. ſecus eſt tamen in ſenatorum & decurionum filijs l.11. j. de dign.& in filijs patronorum fiſci l.vlt.j.

*L.66. Curialibus.* *Nemo ſibi blandiatur*) hodie Comitiua priuatarum, vel largitionum, vel domeſticorum, vel quæſtura, vel magiſterium officiorum curia non ſoluit, Patriciatus, Conſulatus, Conſularitas, Magiſterium militum, Præfectura prætoriana vel vrbicaria, Patronatus fiſci, Principatus agentium in rebus, Proximatus ſacrorum ſcriniorum curia ſoluit.Patriciatus & Conſularitas ſolo titulo honoris, Reliquæ non niſi adminiſtrationis merito. No.70.& 81.

*Tit.32.l.1.Si libertus.* *Iuxta legis ſeueritatem*) legis, Viſelliæ ſcilicet, cuius pœnæ hodie ceſſant. cæterum notandum hoc; meliore olim conditione fuiſſe natalibus reſtitutos, quam anulo donatos.hi enim honore augebantur, conditionem non mutabant:iura tantum & munia dum viuebant ingenuitatis habebant Nou.74.l.falſa ff.de cond. & demonſt. l.*etiam* ff. de bon.lib.l.2.ſ.de iur.aur. ann. Illi conditionem mutabant, quippe qui illis natalibus reſtituerentur, in quibus homines fuere, nondum neque naturali neque ciuili iure deſcripto l.2.ff.de nat.reſt.ergo vere fiebant ingenui l.vlt.ſupra de bon.lib.At ex Nouel.Iuſtiniani 78.ipſo iure omnes liberti natalibus reſtituuntur, & ius habent anulorum; ſaluo iure patronatus.

*L.2. Præfer.* *Dominio tuo eum ſubiugabit*) ita eſt, ſi ſeruus ignarus ſuæ conditionis adſpirauerit ad honorem curiæ, illæſus domino redditur; neque dubitari de hoc poteſt in ignaro pariter huius facti domino: ſed quid ſi is ſciuerit, an etiam tum ſeruum recipiet? videtur quod ſic; cum nec ſciente domino decurio fiat, etiam ſi ea fini manumittatur; verius tamen eſt vt dicatur fiſco eum addici debere arg. l. generali j. de tabul. Cur enim eo paſſus eſt dominus inquinari curiam?

*Tit.33.l.1.* *Sciat ſe pretio, quod dedit eſſe priuandum*) qua eadem pœna plectitur is quoque qui emerit capite cenſitos ſine terra l. 7. j. de agr. & cenſ. nam & hoc caſu reip. intereſt vt cenſiti terræ ſuæ adhæreant; vt illo, vti curiales ſua teneant, ne patrimonij diſſipatione ad munera ciuilia minus reddantur idonei. & quod in his, idem obtinet in eo, qui dempto canone, quod fit illicitè, prædium dominicum emerit l.vlt. j. de fun. rei priuat. non obtinet in vicano vicani prædium emente; quoniam is pretij deductionem habet l. 1. j. non lic. habit. met. ſed cui illis caſib. cedet pretium, venditorine, vt ita ex mala fide ſua lucrum faciat? minimè quidem: ſed, vt Accurſio rectè placuit, inferetur ærario arg. d. l.7. de agr. & cenſ. & l. penult. ſ. de reſcin. vend.

*L.2. Nec venditio.* *Sicut dictum eſt*) vel hæc verba indicium faciunt hanc legem eſſe partem amplioris cuiuſdam Theodoſij conſtitutionis, cuius & alia pars eſt in l. 1. j. tit. prox. & l. 1. C. Theodoſ. de imp. luc. deſ.

*L.3. Curiales.* *Mancipia ruſtica*) olim quælibet l. 1. C. Th.tit.eod. hodie ſola ruſtica arg. l. *lex* ſ. de admin.tut.

*Donationes vero vel permutationes*) ſola enim venditio inhibetur, vnde & in rubrica *alienandis* id eſt vendendis. vt in l. 1. ſ. de iur. emphyt. donatio vel permutatio non inhibetur: cuius ratio eſt, quod facilius quiſque vendat, quam donet, ſic enim & S. C. obligatæ mulieri ſuccurrit, non donanti: Iuſtinianum tamen hæc non mouerunt quo minus idem in donatione quod in venditione obtinere iuberet. No. 38. Vide autem Decium ad l. 2. ſi certum petatur 1. lectura in princ. col. 4. num. 15. & in 2. lect. num. 19. Fab. de Mont.in tractat.de empt. & vendit. in vlt. quæſt. 4. quæſt. princip. num. 21. Alexand. ad l. *ſi filiusfam.* §. *Diui* col. 5.de leg. 1.nu. 22. cum ſeq. Forcatulū deniq; necyomant.dial.19.

*Tit.35. l. Vnic.* *Lucratiuas vero res eas tantum volumus appellari*) Lucratiui tituli ſunt: Hæreditas, Legatum, Fideicommiſſum, Donatio cauſa mortis, Donatio inter viuos. Dos vero, Donatio propter nuptias, Emptio, Permutatio non ſunt tituli lucratiui.

*Tit.36.l. Vnic.* *Niſi eis qui iubentib. nobis*) excipe tamen quoſdam caſus de quib. in l. 4. ff. de decur. ab ord. fac.& vide Menochium de arbitr. iud. lib. 1. quæſt. 46. *ſalaria* autem dicta fortaſſe, quod ea percipientes inde ſe alant.alibi dicta *annonaria commoda.* Græci interpretantur τὰ διδόμενα εἰς τροφὴν, ſiue potius & ſæpius σιτηρέσια & ὀψώνια.

*Tit.38.* *De municipibus*) Tria ſunt quæ faciunt municipes. Natiuitas, Manumiſſio, Adoptio, l.*ciues* j. titul. ſeq. l. 1. ff. ad mun. quæ originis nomine continentur l.*priuilegio* j. tit. ſeq. nam originales ſiue originarij ſunt non nati tantum, ſed etiam manumiſſi & adoptati l. *cum neque* j. tit. ſeq. Sunt & alij municipes voluntarij l. 3. j. de ijs qui ſpon.mun. ſuſcipiunt: quos facit adlectio vel incolatus l. *ciues* tit. ſeq. l. *filij* §. *municipes* ff. ad Munic.

*L.2. Si vt propositis* *Eiusque ciuitatis ius obtines*) nec ſolum manumiſſi ſequebantur conditionem manumittentis, ſed etiam ipſorum filij l. *filij* l. *aſſumptio* §. vlt. ff. eo.

*Ex prouincia Aquitania*) hæc duplex olim fuit; Prima, cuius metropolis Biturigę. Secunda, cuius metropolis Burdegala.

*Tit.39.* *De incolis*) incolas domicilium facit, non domus, aut poſſeſſio ſola. Interdum autem incola pro inquilino, qui propriè ἔνοικος, ponitur. Incola μέτοικος vel πάροικος, vt in l. 1. ſ. de fal. mo. vide & Dorotheum ad l.27. §. *Proculus* ff. ad l. Aquil.

*L.3. Eſt verū.* *Non adſtringi*) Qui in territorio & finib. alicuius ciuitatis ſedes poſuit, licet in ciuitate non moretur, incola eſt eius ciuitatis l. *pupillus* §. *incola.* ff. de verb. ſignif. nec obſtat l. εἰδέναι, ff. ad munic. quæ loquitur de eo qui agrum tantummodo poſſidet vt l. prox. j. nec ciuitatis præcipuis vtitur, id eſt foro, balneo, templo, ſpectaculis.

*L.6. Priuilegio.* *Tamen originis ratione*) Cuiacius emendat; *tantum originis ratione.* hoc autem dicit; Niſi ſpecialiter priuilegium ciuitati datum ſit, vt ob ſolam poſſeſſionis cauſam quis eiuſdem ciuitatis munerib. obligetur, vt l. *libertus* §. *ſola ratio* ff. ad munic. originis tantummodo vel domicilij cauſa munerib. publicis obligamur. l. 4. ſ.

*L.7. Ciues.* *Incolas verò*) A municipibus ſiue ciuibus ſeparantur incolæ, qui domicilij iure municipij commodis & præcipuis fruuntur. Vt autem plurium ciuitatum poteſt quis eſſe municeps l.7. l. *eius qui* ff. eod. ita & incola l. *Labeo* l. aſſumptio §. *viris* ff. eod. Vt poteſt eſſe ſine ciuitate, qualis eſt is qui dedititiorum num. eſt, ita & ſine domicilio l. *eius qui* §. *Celſius* eod. tit. Cæterum vide porro Felinum ad c. *Rodulphus* num. 13. & ſeq. ex. de Reſcript. Iaſonem ad l. *huiuſmodi* §. *legatum* num. 14. de leg. 1. & ad l. *ſi is qui pro emptore* num. 294. de vſucap. & Iacob. Menochium de arbitr. iud. lib. 2. centur. 1. caſ. 86. num. 20.

*L.8. Senatores.* *Domicilium dignitatis habere videntur*) ergo poſſunt & ibidem conueniri l. 2. ſupra vbi ſentent. vel clar. vt & in originali patria l. pen. ff. de ſenat. cum in ea etiam honores retineant l. *filij* §. *ſenatores*. & l. ſeq. ff. ad munic. & in qua domicilium collocauerunt. d. l. 2.

*Tit.40. l.1. Sicut.* *Pater & filius*) de filiofamilias intellige, alioqui enim in emancipato aliud dicendum videtur arg. l. 3. j. de filijsfam. & quemad. pat. pro ijs ten.

*Ita vacationum conceſſa tempora*) hæc ſunt quæ interualla in rubrica dicuntur & in l. *diuus* ff. ad munic. l. vltim. j. hoc tit. porro propter honorem aut munus quo defunctus ſum ipſe, certi temporis vacationem habeo, filius meus non habet propter me: in ijs ſcilicet honoribus qui ſumptu carent, vel in munerib. perſonalib.

*L.2. Ab honorib.* *Quinquennij datur vacatio*) quæ hic præſcribuntur interualla, non honorib. tantum, verum etiam onerib. præſcripta videri poſſunt l. *nauicularij* ff. de mun. & hon.

*L.3. Interualla.* *Ne interim interpellemini*) eruditiſſimus Cuiacius perſpicuè legendum ait, *ne iterum interpellemini*: idque & libri veteres confirmant, & l. 52. ſ. de decur. itemq; l. 3. j. quemad. ciu. mun. indic.

*Tit.41.* *De munerib.*) *Munus* eſt officium priuati hominis, ex quo commodum ad ſingulos vniuerſosq; ciues, remque eorum imperio magiſtratus extraordinario peruenit.

*L.1. Ciuilia.* *Per ordinem*) id eſt, vt ſuo quiſq; ordine munera ſuſtineat l. *filius* l. *vicarius* ff. de leg. & per vices l. 3. §. *eos*. & §. *præſes*. ff. de mun. & honor. nec tamen vltra modum facultatum l. vlt. j. tit. prox.

*L.3. Qui immunitatem.* *Onera patrimoniorum ſuſtinere debent*) immunitate enim legibus conceſſa corporalia munera remittuntur, non pecuniaria, ex quibus eſt *metatum*, ſiue militis domum ſuſcipiendi munus. ſed neque corporalia omnia, nam tutelæ remiſſæ non cenſentur l. *παράδοντα* §. *ὁ λαβὼν* ff. de exc. tut. qđ eas neceſſe ſit nominatim remitti l. *non tantum* §. *eos*. & §. ſeq. ff. eod. l. *legato*. in fin. ff. de vac. & exc. mun. l. *in honoribus* §. 1. eodem. Vide & Briſſonium ſelect. Antiq. lib. 3. cap. 11.

*L.5. Neque tempore.* *Neque numero liberorum*) Neque annus ſeptuageſimus, neque numerus quinque liberorum excuſat à munerib. patrimonialib. Vide Ferdinandum Paes in tractat. de excuſ. parent. ob num. liber.

*L.10. Quantum.* *Extraordinarias indictiones*) hæ ſunt, quæ ad tempus ex improuiſo præter morem indicuntur, veluti angariæ belli tempore, aut equi, muli, veredi. his autem parere omnes debent: etiam eccleſiæ l. *neminem* ſupra de ſacroſ. eccl. & cæteri municipes vel incolæ l. vlt. §. *patrimoniorum* ff. de mun. & honor.

*Tit. 43. l. 2. Qui publici.* *Excepto decurionatu*) Qui decurionatum agnouit, immunitatem amittit l. penult. §. vlti. ff. de iur. im. Qui partem decurionatus, veluti honorem aliquem municipalem, non item. l. 1. hoc titul. Ius publicum autem illud dicit, quo eſt conceſſa immunitas.

*L.5. Qui conditioni.* *Patrem ciuitatis*) alibi dicitur, pater patriæ, diſcuſſor pecuniæ publicæ, operumque publicorum l. 1. ſupra de rat. ope. publ. l. vlt. ſupra de inf. exp. l. 1. ſupra de aleat. l. 1. infra quibus muner. exc. l. 1. infra de deb. ciu. Nouel. 17. 85. 128. 160. Græci ad l. *ad curatores* ff. de dam. infect. & l. 1. infra de ſol. & lib.

*Ti.46. l.1. Exceptis.* *Decreto decurionum*) hi enim immunitatem dant magiſtris liberalium artium & medicis: vnde eſt illud quod dicitur probari eos decreto ordinis in l. 2. j. de profeſſor. & med.

*L.2. Inductis.* *Data à nobis indulgentia*) ſententia hæc eſt: Curiales qui honorarias dignitates ex protectorib. vel ex præpoſitis adepti ſunt, vacationem habere perſonalium munerum: quod tamen Arcadius & Honorius non admiſerunt l. 153. Cod. Theod. de decur.

*Aut ex præpoſitis*) *Præpoſitorum* appellatio generalis eſt. Videtur tamen hoc loco ſignificari præpoſiti laborum, qui erant ex protectorib. l. 1. Co. Theo. de præpoſ. lab. in qua ita eſt: *Qui ex deuotiſſimis domeſticorum ſcholis præpoſiti laborum noſtro iudicio & ſtipendiorum ſudorib. promouentur.*

*L.3. Tutelæ.* *Diuerſarum domuum*) id eſt, patrimoniorum: in Græca metaphraſi *ὑποστάσεων*.

*L.4. Hydraulæ.* *Hydraulæ munerum ciuilium*) *Hydraulas* Græci ita definiunt *Ὑδραύλαι εἰσὶν οἱ αὐλοῦντες ἐν τοῖς ὀργάνοις τοῖς οὐκ ἀπὸ ἀσκῶν, ἀλλ' ἀπὸ ὕδατος κατά τινα μηχανὴν τὸ πνεῦμα δεχομένοις*. Vide Cuiacium hic & Forcatulum in penu iuris cap. 14.

*Probare minime poſſunt*) ergo ei, qui ſe immunem dicit, proferendæ legis quæ immunitatem tribuat onus incumbit, vt & in ſpecie l. 5. ff. de probat.

*L.6. Venatorib.* *Nullo iure conceſſa probari poteſt*) imo poteſt ex l. vlt. ff. de iur. imm. Reſpondet eruditiſs. Cuiacius, eam legem pertinere ad milites qui a militiæ grauiorib. munerib. excuſantur. ſumpta enim eſt ex libro Militarium T. Arrunteni, qui fuit præfectus prætorio ſub Antoninis. Milites ergò venatores non ſunt munifici: venatores cæteri, qui prouincias à feris purgant, non ideo à ciuilib. munerib. excuſantur.

*L.9. Illud conuenit.* *Pretio putet eſſe taxandam*) Munus perſonale non licet adærare l. *æſtimationem* ff. de mun. & hon.

*L.12. Maximarum.* *Nec parauedorum*) quid igitur dicendum de veredis & angarijs? videntur excuſandi & ab his arg. 3. j. de ſilent. & l. 2. j. de præp. ſac. cub. maxime cum eorum munerum promiſcua conditio ſit.

*Temonis neceſſitas*) hęc dicitur & *functio*, & *onus*, & *iniuria*, & *cura*, & *obſequiũ* l. 2. j. de priu. eor. qui in ſac. pal. l. 4. j. de prox. ſac. ſcr. l. 1. j. de pal. ſac. larg. l. 14. & l. 18. Cod. Theod. de extraneis muneribus, & eſt patrimoniale munus, vt apparet ex hac lege, quæ patrimonialia munera tantum recenſet. porro quod præcedit *capitulum* Græci interpretantur *κεφαλικὰς συντελείας*.

*Adlectis*) *τοῖς ὑπὸ βασιλέως καλουμένοις*. Sunt igitur qui euocantur a principe publici negotij cauſa: ſeu legati qui mittuntur ad principem. Alioquin enim *allecti* ſuſceptorũ genus eſt l. 11. 12. 13. C. Theod. de ſuſcept.

*Tit.48. l.1. Comparationi.* *Comparationi tranſuectionisq;*) comparatio eſt quæ & coemptio, de qua diximus ad tit. vt ne li. in coempt. Græcis *συνώνητον*. Tranſuectionis vero appellatione intelliguntur angariæ, parangariæ, parauer edi. l. 12. tit. prox.

*L.2. Cum ad feliciſſimam.* *Vel quolibet munere*) videtur coemptionem dicere, à qua tum ne domus quidem Auguſti aut Auguſtæ excuſatur, ex No. Tiberij de diuinis domib. §. vlt.

*Tit.49. l.1. Cũ vos affirmetis.* *Vſque ad viceſimumquintum annum*) Minores 25. annis in curiam conſcribi non poſſunt l. *non tantum* ff. de decur. neq; ad munera ciuilia vel honores admittuntur. l. *ad remp.* ff. de mun. & hon. l. 2. §. 1. ff. de vac. mun. niſi ex cauſa: vt puta ſi vrgeat neceſſitas penuriæ hominum l. 2. hoc tit. l. 1. ſupr. qui & adu. quos in integ. reſt. vel beneficio liberorum l. 2. ff. de minorib. ſeu beneficio principis. de quo alibi Plinius. An igitur minor 25. annis iudex dari poteſt? libri *βασιλικῶν* negant & cum illis facit Cuiacius: nec enim inquit obſtat l. *cum lege* ff. de rec. qui arb. rec. quippe quæ non definiat minorem 25. annis iudicare poſſe; ſed illud dicat: ſi euenerit vt minor 25. annis iudex electus ſit conſenſu partium, vel datus, ſeu quacunque alia ratione id contigerit, ex lege Iulia iudiciaria eum, ſi fuerit intra annum 20. iudicare non cogi. Non obſtat l. *quidam* ff. de re iud. quia id etiam generaliter non definit, ſed ſi forte aliqua ex cauſa euenerit vt minor iudicet, tuendam eius ſententiam eſſe, modo ſi plena pubertate fuerit, quæ ætas etiam decurionibus definita eſt l. 19. Cod. Theod. de Decur. Item non obſtat l. *cum prætor* ff. de iudic. quia hæc ſolum impuberem iudicare vetat. nam impubes planè iudex eſſe prohibetur; pubes poteſt eſſe ex conſenſu partium, ſed excuſatur ſi minor ſit annis XX.

*L.2. Cum filios.* *Patria poteſtate liberatos*) hoc ponit ex facto, non quod idem non ſit, ſi in poteſtate fuerint. Et ſuperior quidem conſtitutio eſt de ſtudijs iuris ciuilis, hæc de liberalib. & ingenuis.

*Tit.50. l.2. Cũ auriculari.* *Cum auriculari*) omnino legendum: *cum articulari morbo debilitatum te eſſe dicas* & accipiendum de chiragra, quæ cur excuſationem præbeat à perſonalibus muneribus cum podagra non præbeat l. prox. j. l. 13. ſ. de decur. ratio eſt, quod vehementior longiorq; morbus ſit articularis quam podagricus.

*Tit.51.* *De ijs qui numero liberorum*) adi Ferdinandum Paez in tract. de excuſandis parentib. à munerib. publicis ob numerum liberorum.

*L.1. Numerus.* *Ab onerib. non excuſat*) Cuiacius legendum conuincit ex l. 2. §. *numerus* ff. de vacat. mun. ex lib. vett. & Græcis, *ab honorib. non excuſat*. Et ſane ab onerib. numerus quinq; liberorum (qui & hic ex d. l. 2. intelligendus eſt) excuſat, & interdum tres liberi l. 1. j. de legation. niſi forte onera honorib. adhæreant, quo caſu nec quinque liberi excuſant d. l. 2. Sed numerus 16. pleniſsimam excuſationem tribuit l. 24 ſ. de decur l. *ſemper* §. *demonſtratur* ff. de iur. immun. vbi notandum quod dicitur, variè nec abſciſe definitum fuiſſe numerum liberorum.

*Tit.52.l.1. Cũ te medicum.* *Quamdiu reip.cauſa abfueris*) Medici militũ reip. cauſa abſunt *l.inter eos.*§.vlt.ff.ex quib.cauſ.man.ideoq; &quamdiu abſunt,& poſt annum quam abeſſe deſierint, immunitatem habent; poſtea verò ita demum, ſi ex ſtatutorum numero ſint,vide & l.4.Cod.Theodo.de med.& profeſs.porro primæ legionis adiutricis fit mentio in l.vl.j̃.de caſ.pec.l.vl. j̃.de appell.præfector.prætor.vtraque autem fuit in Pannonia inferiori:altera à Galba,altera a Veſpaſiano inſtituta.

*L.4. Oratione.* *Oratione diui Pij*)Intelligit ni fallor (ait Cuiacius) epiſtolam Diui Pij ad commune Aſiæ, de qua in l.ἐὰν δύο ff.de exc.tut qua Grammatici,Rhetores,Medici,Philoſophi cõtinentur;non calculatores, qui ψηφισαὶ vocantur vt ait l. παίδοντα ff.eod.tit.

*L.5. Nec intra.* *Ordine inuitos medicos*) plane legẽdum;*ordine inuito medicos &c.* duo enim exiguntur vt medicis competat immunitas;Vt ſint intra numerum quem definiuit Epiſtola diui Pij,quiq; in vrbib.Roma & Conſtantinopoli non idem eſt, Et vt decreto ordinis probati ſint. quod idem in profeſſoribus quoque dicendum eſt.

*L.6. Medicos.* *Et maxime archiatros*) hi ſunt qui in comitatu principis medendi cura funguntur:vt ex Archiatris, qui dimiſſi ſunt è palatio ſiue comitatu.atq; hi quiq; his connumerãtur habent vacationem perſonalium munerum, & patrimonialium ſordidorum l. *maximarum* s̃.de exc.mun. l. *archiatros* j̃.de met. l.vlt.§.vlti.ff.de mun.& hon.l.*ab his* §.*angariarum* ff.de vac.mun.verum hæc an de conſuetudine ſeruentur vide Sylua.conſ.88.num.18.cum ſeq.lib.2.& rurſus num.30.ac Menochium de arbitr.iud.lib.2.centur 4.caſ.379.nu.19.

*L.9. Archiatri.* *Quæ periclitantes pro ſalute promittunt*)pactio cum ægrotis de mercede nec iure valet, nec iuri iurando Hippocratis congruit l.3.ff.de ext.cog.

*L.11. Grammaticos.* *Accepta teſtimoniali*) de teſtimonialib.vide l. pen. C.Th. de veter.& tit.de teſtim.exhib.l.vlt.C.Th.de hon. C.l.156.C.Th.de decur.atq; hæ epiſtolæ dicuntur in l.1.j̃.de veter.l.*reſtituendæ* s̃.de adu.diu.iud.l.45.C.Th.de decurionib.inſtrumenta in l.*ſi ſolennib.*s̃.de fid.inſtr.

*Tit.53.l.Vnic.* *Athletis ita demum*)ad hanc legẽ vide fusè hic Alciatũ,& ſtrictim Cuiacium,itemq; Ferandum lib.2.expli.c.16.& Ræuardum ad leges XII.

*Tit.54.l.1. Ignominiæ.* *Honorib.abſtinere debent*) miſſio ignominioſa excludit ab honorib.non excuſat ab onerib.l.3.j̃.de re mil.

*L.3. Veteranis.* *Si poſt Viceſimum annum*) hinc colligi poteſt pro iuſto militiæ tempore viginti annos haberi & ex l. *Veteranis* s̃. quand.pro.non eſt neceſ.quæ huius mentionem facit & l.1. s̃.de excuſ.vet.l.*εἰ πάλαι* ff.eod.

*Vel Vexillatione*)Græci habent;*numero*,vt in l.*contra* j̃. de re milit.qua de re vide & l.8.j̃.de erog.mil.ann.

*Tit.55.* *Qui poſt impletã militiã*)Superior titul⁹ eſt de ijs qui nõ impleuerunt militiã, hic de ijs q impleuerũt militiã vel aduocationẽ,& nominatim exprimũtur munera quorũ vacatio iure cõceditur,q etiã nõ impleta aduocatione datur aduocatis illuſtriũ vel ſpectabiliũ iudicũ l.6.s̃.de adu.diu.iud.

*Et de cõductorib.*)hic eſt Cuiacio titul⁹ 56.q ait l. *nõ alios.* initiũ ſumptũ videri ex l.*in honorib.*§.*nõ alios* ff.de vac. mun.

*Tit.58.l.Vnic.* *Sed & ſolennib.indictionib.*) munera patrimonialia ſignificat,quę tutelę ſiue vtilitatis publicæ gratia indicuntur.l.2. s̃. de mun. patrim.vnde conſequitur nec à perſonalib. nec à patrimonialib.infamiam vacationem præbere.

*Tit.59.l.Vnic.* *Nouos honores appetere non debere*) priſtinos tamen retinent l.*libertus* §.*in quæſtionib.*ff.ad munic.

*Tit.60. Si ij qui.* *Ex eadem familia ac domo*)Domum & familiam hoc loco accipere debemus pro corpore quod eſt ſub vnius poteſtate vt in l.1.s̃.de hon.& mun.&c.

*Tit.61.l.Vnic.* *De proprio ſuo patrimonio*) Vide Cuiacium hic & obſeru. lib.2.cap.13.

*Tit.62.l.Vnic.* *Patrimonij Vero munera*) A patrimonialib.munerib.mulieres non excuſantur l.pen.s̃.de mun.patr.ſed ea agnoſcunt apud originem propriã l.12.C. Th.de nauic. nõ apud domicilium mariti.A perſonalib.excuſantur,imo interdicuntur: exceptis quibuſdam,quæ ſexui earum congruunt l. penul.s̃. de ijs qui nu.lib.quæ tamen non apud originem ſuam obeunt,ſed vbi eſt domicilium matrimonij l.vlt.s̃. de incol.

*Tit.63.l.1. Pater.* *Legationib.publicis liberatur*) A legationis munere,qđ perſonale eſt,quia viaticum & legatiuum de publico datur, tres liberi excuſant,vide Cuiacium ad l.1.s̃.de ijs qui nu.lib. & Marcum Vertranium de iure liberor.cap.20.

*Tit.64.l.1.Artifices.* *Lecticarij ſeu arcarij*) vt ſemel te abſoluam,lector,& ne omnia tranſcribere neceſſe habeam , vide ad ſingulas voces huius notitiæ Alciatum , & poſt eum eruditiſſimum Cuiacium , ſine cuius commentarijs fruſtra quis hos libros poſteriores in manus ſumet.

*L.2.Mechanicos.* *Mechanicos & geometras*)Alciatus nititur reponere *Mathematicos*,ſed fruſtra eſt. *Mechanicos* autem hic ſpecialiter ſignificare cenſet Cuiac.eos quorum ingenio & inſtitutione fiunt organa mechanica,pneumatica,automataria.Dat autem vacationem perſonalium munerum, nec tamẽ ideo remiſſæ cenſentur tutelæ,vt diximus in l.3.s̃. de mu. patrim. itaq; nihil obſtat l.*geometræ* ff.de exc.tut.

*Ti.65.l. Vnic.* *Potiorem alium nominandum putaueris*) Ad munera perſonalia potiores nominandi ſunt,& qui nominatus eſt,ſi alium ſe potiorem indicauerit,in eum transfertur onus, qua de re vide Cuiac.ad l.46.ſupra de dec.& ad Pauli ſen.lib.2.ti. de potiorib.nominãdis.ſed hoc re integra l.pe.s̃. qui da.tut.

*Tit.69.* *Scribis, logographis, & cenſualib.*) Scribæ ſunt curiarum ſiue magiſtratuum municipalium ſcribæ. & generaliter horum omnium munera perſonalia & municipalia ſunt l. 1. hoc tit. l. pen. s̃. de def. ciu. l. vlt. §. *ij quoq;* & §.*maſtigophori* ff.de mun.& hon.*logographi* tabulariis ſimiles ſunt No.128.ſed eiuſdem muneris pro varietate locorum variæ appellationes ſunt. *Cenſuales* ſunt qui operam ſuam accommodant magiſtro cenſus in vrbe, & acta ſenatus conficiunt.l.1. C.Th. de ſtud.lib.l.*conſulta*.l.*teſtamenta* s̃.de teſtam.l.2.& 4.j̃. de priu.ag.in reb.

*Tit. 70 l. 2. Iuxta inueteratas.* *Si minus idonei ſint qui ab eiſdem fuerint nominati*) ſuſceptores canonum & præpoſiti horreorum creantur fide & periculo nominatorum: quod ius vetuſtiſſimum eſt l.8. j̃. Nominator ex nominati bonis emere nihil poteſt per ſe vel per alium, quod quaſi ſingulare notandum.Nemo enim dicet fideiuſſorem, quem inexcuſſo principali conuenire licet, nihil poſſe emere ex principalis bonis. At nominatorem, quem inexcuſſo nominato conuenire non licet, dicemus hac lege ex eius bonis emere nihil poſſe, ne ſcilicet qui idoneum eum præſtare debet, cum eo contrahendo quo minus ſit idoneus efficiat.

*L.5. Quotieſcunq;.* *Et auri maſſa tranſmittitur*) Conſtitutum enim fuit vt ſolidi ex quocunq; titulo fiſcali collecti in maſſam auri redigerentur,atque ita pro ſolidis maſſa ad comitatum tranſmitteretur l.12.& 13 C.Th.eo. & inde in aula, *Scrinium aureæ maſſæ.* proinde intereſt ſcire quãti libra auri æſtimetur, vt ſciatur illata maſſa,quot ſolidi illati ſint.

*L.8.Exactores.* *In celeberrimo cœtu curiæ*) Ordo curiæ exactores vel ſuſceptores creat ſuo periculo , & creationem inſinuat præſidi. non tamen ſuſceptores rei priuatæ, quorum creatio ad curiam non pertinet l.9.ſupra de iur. fiſc.nec ſuſceptores veſtium, quorum creatio pertinet ad proconſulare officium l.pen.hoc tit.l.4.Co.Th.eod.

*L.11. Securitates.* *Et cœptam mercedis diſcuſſionem*)Cuiac.legit, *& cœptam arcæ diſcuſſionem*, interpretaturq; arcam hoc loco vinariã, de qua & in l.3.Co.Th.de cal.coct.quin etiam antea omnino legendum eſt,*Vini ſuſceptorib*.non,*binis ſuſceptorib*.cum hoc dicat lex : apochas apud acta publicatas omnino vini ſuſceptorib.imputari debere,vt & cœptam arcę vinariæ diſcuſſionem rationiſq; redditionem perficiendam & publicandam.

*L.12. Si aliquid.* *Clandeſtina ſupplicatione*) id eſt obreptitia: ſed ſi reſcriptum inſinuatum fuerit præf.præt.valere putat.arg. l.*ſi quis quid.* j̃.de coh.prin.l.2.& 5.j̃.de diu.offi.

*L.13. Duos.* *Tabularios ſeu numerarios* vide omnino ad hunc locum eruditiſſimum Cuiaciũ,vt intelligas an & quatenus diuerſa horum fuerint olim officia:vt & Gothofredus hic monet.

*L.14. Humilioribus.* *Solenniter procurari*)hoc ipſo ſatis ſignificatur ſolere officia proconſularia hanc ſuſceptionem procurare l.4.C.Th. co.tit.porro ad legem hanc vide Cuiacium lib.2.obſer.ca.8.

*Tit.72.l.Vnic.* *Auri perſecutores*) Cuiacius legit,*auri proſecutores*.& ſic dixit lib.4.Caſſiodorus,*proſecutores frumentorum:* ſic *proſecutores equorum* l.1.j̃.de tractor.& ſtat.ſic *proſecutores publicarum functionum* l.9.j̃. de curſ. publ. ſic deniq; *proſecutores reorum* l.*ſolent*.ff.de cuſt.reor.

*IN CODICIS LIBRVM VNDEcimum notæ.*

*Tit.1.* *De nauicularijs ſeu naucleris*) Cuiac.ex vno hoc duos titulos facit, Cuius prioris inſcriptio ſit, *De auri luſtralis collatione*,lex prima : *Remittit.* poſterioris, titulus ſeu epigraphe, *De nauicularijs ſeu naucleris publicas ſpecies tranſportantib.*Lex prima:*Nullam Vim.*Vide latiſſimè eundem Cuiacium hic, & obſeruat.lib.16.cap.23.

*L.1.Remittit.* *Aut lumina,aut ſimilia*)lumina balneorum intelligit, vt in l.*quia plurimæ* ſupra de oper. publ.

*L.3.Nullam Vim.* *Oportet naucleros ſuſtinere*) Certum fuit in vrbe nauiculariorũ corpus l.1.§.1.ff.quod cuiuſq; vniuerſ. l.5.§.*licet* & §. vlt.ff.de iur.immu.l.1.j̃.de hæred.dec.atq; ex his alij annonę vrbis ſeruiebant,alij lignis ad lauacra,alij alijs neceſſitatib. publicis.quare à cæteris munerib. immunitatem habent l. 1.j̃.de lit.& itin.cuſt.l.5.& 17.Co.Th.de nauicul.

*L.4.Comperimus.* *Et ſecuritates reportent*)apochas intelligit,quæ dicuntur *relatoriæ* in l.8.Co.Th.eod.

*Pœna*

*L.5. Ab his qui.* *Pœna quadrupli teneatur)* hæc actio non eſt vi bonorum raptorum, in qua non extra rem quadruplum eſt, ſed propria quædam actio in eos, qui rapinam nauicularijs faciunt: & forte coniungenda huic legi lex pen. ſ. de excuſ. tut.

*Titu. 2. l. 2. In his.* *Res enim oneri addicta eſt)* vide Couarruuiam libr. 1. variar. reſol. cap. 8.

*Tit. 3. l. 1. Multi.* *Sine dignitatis priuilegio)* De nauibus Veteranorum nominatim reſcriptum eſt eas nõ excuſari l. pen. de veteranis.

*Tit. 5. l. 1. Si quando.* *Fiſcus meus ſeſe non interponat)* contra illud: *Res fiſci eſt vbicumq; natat* quod merito non placuit Antonino, ne ex aliena calamitate fiſcus lucrũ ferat. l. vl. ff. de inc. rui. naufr.

*L. 3. Quotiens.* *Quos nauicularius naufragio)* ad lucem huius legis pertinet ſcire: *Nauicularios, naucleros, nauarchos, nauticos, exercitores nauium* pro iiſdem accipi. diuerſos autem eſſe *magiſtros* vt ex l. penult. Cod. Theod. de naucul. & ex tit. de exercitoria act. etiam colligere eſt; nempe gubernatores. diuerſos eſſe *nautas*, puta eos qui nauigandi cauſa in naui ſunt. aliquando tamen *nautæ* pro *naucleris* accipiuntur vt in tit. naut. caup. ſtab.

*L. 5. De ſubmerſis.* *Vt leuato velo iſtæ cauſæ cognoſcantur)* vide Forcatulum Necyomant. iur. dialog. 80.

*L. 6. ſuper.* *Modiationis calculus)* Caſſiodorus libr. 4. *Modiationem tritici quam ſub hac ſorte periſſe probauerint, proſecutoribus ſine aliqua faciat cunctatione reputari.* atq; ita rurſum *modiationis* mentio eſt in l. 1. infr. de ann. ciuil. & alijs multis. atque ad eandem formam dicitur *ponderatio* in l. *ſi oleſ* ſup. de locato.

*Tit. 6. l. 1. Per penſa.* *Octonos ſcrupulos)* Octonos (inquit Cuiacius) ſic accipio, vt in l. 5. ſeptenos, in ſingulos auri legulos, non cum Accurſio, in ſingulas vncias.

*L. 3. Cuncti.* *Saxorum venam)* l. 1. & 2. ſunt de auri metallo: hæc eſt de lapidis ſiue marmoris metallo, quod eruitur è priuatorum locis, hac lege, vt decima fiſco, decima locorum domino præſtetur, reliquum ſibi habeat foſſor ὑπὲρ κόπου. quod etiam confirmat l. 11. Cod. Theod. eod. tit. vide & Boſſium tit. de metallis fol. 405.

*L. vlt. Metallarij.* *Sine vlla temporis præſcriptione)* alij ſua ſponte ſunt metallarij vt l. 1. ſupr. alij conditione, qua præſcriptione temporis non liberantur, niſi forte, vt cenſet Cuiacius, annorum 40. l. 4. ſupr. de præſcr. 30. anno.

*Et ſecreta)* Lauras intelligit, vt in l. 26. ſup. de decur.

*Tit. 7.* *Et de monetarijs)* vide ad hunc titulum Bartholomæum de las-caſas in tractatu, An princeps ſubditos alienare poſſit §. 14. 15. & 16.

*L. 2. Baphij.* *Et ſpecies gynæcij)* ſpecies, id eſt veſtes vt in l. 4. infr. tit. ſequen. l. vlt. j. de mil. veſ.

*L. 9. Si quis.* *Legendis conchylijs)* Conchyliorum varia ſunt nomina, *purpura, murex, buccinum, cerix*, quorum ſanguine inficiuntur lanæ ſacris vſibus deputatæ.

*L. 10. Lotas.* *Et metaxæ)* *metaxa* rude eſt ſericum & αὐτόφυες, nondum neq; tinctum neq; in fila diductum, & ideo ſeparatur à nemate ſerico l. vlt. ff. de public. & hoc loco a ſericoblatta, id eſt, in purpureum colorem conuerſo.

*L. 12. Hi qui ex filiab.* *Et alienæ originis patrib.)* Vt qui ex monetaria & ingenuo naſcitur matris conditionem ſequitur l. 7. ſupr. ita qui ex murilegula & ingenuo, non tamen qui ex murilegula & curiali No. 38.

*L. 13. Si quis.* *Vel lintheariorum)* ad hanc legem vide omnino Cuiacium contra Alciatum.

*Dextræ triumphalis abſolutione)* his verbis adnotatio ſignificatur Euſebius de vita Conſtantini. 2. τῆς αὐτοῦ δεξιᾶς ἔγγραφος ὑποσημείωσις. atq; ita in l. pen. Cod. Theod. de ann. ciuic. *Qui*, inquit, *triumphalis dextræ noſtræ confirmationem eſt conſecutus.*

*L. fin. Ne quis.* *Tam arte quam ætate habilis)* lex 2. & 14. ſunt de procuratoribus creandis: hæc de ipſis gyneciarijs, vel monetarijs, vel murilegulis, vel alijs, vt ne in ea corpora conſcribantur ſine ſacra probatoria, quæ & in alijs pleriſq; exigitur l. *probatorias* j. de diuerſ. off. & edicto. Iuſtin. 8. & 13.

*Tit. 8. l. 1. Auratas.* *Sericas paragaudas)* *paragaudæ* ſunt ſericæ veſtes auro intextæ phrygio ſiue barbarico opere, quod & ex Vopiſco in Aureliano intelligitur qui alias monolores, alias dilores, alias trilores, & pentelores facit pro numero intextorum filorum aureorum, quæ videntur lora appellaſſe, vel intexturam ipſam potius, vt non male in donatione Conſtantini ad Sylueſtrum, lorum, vetus interpres, *phrygium* reddiderit. Vide & Turnebum hic aduerſ. lib. 9. c. 11.

*L. 3. Vellera.* *Alio poſtea colore fucari)* *Cruſtas* vocarunt quib. alio admiſtus colori puri rubor muricis inardeſcit l. 2. C. Theo. de ſcænicis. *Fucare* autem eſt tingere & colorare l. 1. ſ. quæ res vendi non poſſ. l. vlt. C. Theod. de murileg. vide & Forcatulum in penu iuris ca. 21.

*Tit. 9. l. 2. Omnibus.* *Omnibus fabricis)* al. legunt; *omnib. fabricenſib.* fuit autem fabricenſium certum corpus, qui in publicis fabricis faciebant arma, haſtas, ſagittas, loricas, arcus, ſpatas, balliſtas, ſcuta, clibanos; atq; hi etiam deputati & ſtatuti dicebantur l. vlt. ſupr. de ſeru. fugit. Nou. 85.

*L. 5. Iure.* *Vnius decoctionis)* al. *decoctioni*; id eſt, ſi quid vnus eorum decoxerit & interceperit, vt l. 12. ſup. de ſuſcept. l. 9. C. Theo. eod. tit. ſed potius eſt τὸ *decoctionis* quaſi vniuerſi videantur decoxiſſe, quod vnus decoxit; & hoc eſt quod ait l. vlt. ſupr. de hæred. decur. quæ huius pars altera eſt, fiſco omnes pro intercepto reſpondere cogi.

*L. fin. Nullum.* *Conductioni vel adminiſtrationi)* Idem Leo qui militib⁹ interdixit alienarum rerum conductione & procuratione l. *milites* ſ. de loca. eadem fabricenſib. interdicit hac conſtitutione, quod & in militib. antea fuerat conſtitutum l. *ſi militem* ſupr. de condict. ob cauſ. dat. & in fabricenſib. l. 5. C. Theod. eo. titu. putat autem eruditiſſ. Cuiacius etiam fideiuſſione ijs interdicendum pro alienarum rerum conductoribus aut procuratoribus exemplo militum d. l. *milites*; & clericorum Nou. 123.

*Tit. 10.* *De veteris numiſmatis)* Poſt Budæum & Portium ſcripſit hac de re vtilem libellum eruditiſſ. Couarruuias. præter quem vide Briſſonium lib. 1. ſelect. Antiq. ca. 18. & tractatus de monetis Coloniæ ſimul impreſſos.

*L. 2. Pro imminutione.* *Pretia ſpecierum decreſcere oportet)* ergo, cum eadem ſit contrariorum poteſtas, ſi ante numerationem aucta fuerit æſtimatio ſolidorum, augebitur & pretium rei venditæ, quod ſummè notandum, & poteſt eſſe vſui in mutuo, vt oſtendit Cuiac. ad l. 59. ff. de verb. oblig. & in locatione, & in taxatione rerum ſiue mancipiorum legib. definita.

*Tit. 12. l. vn.* *Vel accreſcentibus compleatur)* *Accreſcentes* vocat qui ex claſſicis naſcuntur vt in l. ſicubi Cod. Theo. de cenſ. vel adſ. l. 6. Cod. Theo. de tyron.

*Tit. 14.* *Vrbis Romæ)* Fuere & in alijs vrbib. corporati l. vlti. ſ. de naucul. Nou. Valent. de epiſc. iud. ſed non priuilegiati.

*Tit. 15. l. 1. Quicumq;.* *Quicunq; ex mancipijs)* omnino legendum; *mancipibus.* fuit enim in vrbe certum corpus piſtorum, qui pani ciuili conficiendo obnoxij erant: atq; hos mancipes vocat l. 1. & 2. j. de frument. vrb. Conſtant. l. 18. Cod. Theo. de piſtor. l. 4. C. Theod. de exſ. & exact. & ſic Prudentius dixit, *mancipem carceris, mancipem ſutrinæ* Plinius, *mancipem diuinitatis*, Tertullianus. Conſtituitur autem hac lege vt mancipes ſiue piſtores, qui Comitis horreorum dignitatem adepti fuerint, piſtrino reddantur, cum non liceat piſtorib. ad hanc dignitatẽ adſpirare. Vide & Marcũ Vertran. de iur. lib. c. 29.

*Tit. 16.* *Et ſuſceptorib. vini)* Populo Romano oleum, panis, porcina gratuita præbebantur, vinum non niſi perraro; vt tradit Vopiſcus in Aureliano. de his tamen ſuſceptorib. hoc titulo nihil continetur, nec de alijs quam de ſuarijs quidquam. ſed putat Cuiacius de ſuarijs conſtituta, ad cæteros quoque eſſe porrigenda.

*Tit. 17. l. vn.* *Decanorum ſeu collegiatorum)* Corporatis adiungendi decani, lecticarij, copiatæ, ſiue viſpelliones, tot enim appellationib. ijdem nuncupantur No. 43. & 59. l. 4. ſ. de ſac. eccl. l. ſi qua ſ. de epiſc. & cler. l 15. C. Theo. eo. l. 1. C. Theo. de luſ. col. horum verò & illorum certum numerum fuiſſe oſtendit l. pen. ſupr. de comm. & merc. & d. l. 4. ſupr. de ſacr. eccl. ſupra quem nemo ab alijs muneribus quaſi ſit ex decanorum vel collegiatorum corpore, vacationem obtinere poteſt, nec ſi ei ſuffragetur eccleſia, vel principis domus, vel quælibet alia poteſtas ſiue dignitas.

*Tit. 18. l. vnic.* *Vniuerſos qui vſurpantes)* coniunge leg. 1. j. de profeſſor. qui in vrbe Conſtantinopol.

*Titul. 23. l. 2. Auri ſtatuta.* *Quod mancipib. mutui nomine datum eſt)* Mutuũ hoc loco promutuũ ſignificat, & ideo Græci vertũt εἰς πρόχρειαν συνωνῆς qui & in l. 40. §. *ſeruus* ff. de ſtatulib. promutuum interpretantur πρόχρειαν & in l. *ex conducto* §. *item cum quidam* ff. locat. promutua ἐν προχρείᾳ Theodorus Hermopolites ad l. 1. ſ. de ſentent. quæ pro eo quod int. καὶ ἐν προχρείᾳ τὸ μίσθωμα τῶν τοιούτων χρόνων συλλαβὼν τοῦτο. datur ergo piſtorib. pecunia promutuo ex arca frumentaria, id eſt in anteceſſum, vt vel eandem reddant, vel frumentum & panes.

*Excepta omni concuſſione ſoluendum)* Vrbanicianus qui piſtorem concutierit, piſtorum conſortio addicitur l. 2. j. de app. præf. vrb.

*Titul. 24. l. 1. Annonas.* *Nihil ex his ſcholarum nomine)* Hæc conſtitutio abrogat l. 8. & 9. Cod. Theo. de annon. ciuil. Dederat Conſtantinus panes ciuiles ſcholis, quę ſunt ſub diſpoſitione magiſtri officiorum vndecim, vt ait Iuſtinianus l. vltim. ſ. de loca. Ex hac largitate Conſtantini orta eſt quæſtio, vtrum eos panes ſingulis ſcholaribus dediſſet, an ſcholæ & vniuerſitati: neque hoc abs re: Nam ſi ſcholæ dedit, in ſchola manent ſemper, nec vendi, vel in hæredem ab ſcholari

tranſmitti poſſunt, ſi perſonis ſingulorum indulſit, contra ſe res habet.

*Tit.25.l.Vn.* *Incerta mendicitas*) Mēdici validi, ſi ſerui ſint, dominum mutant & delatori acquiruntur, domino priſtino ſeruata actione ſerui corrupti. Si liberi, delatoris coloni perpetui efficiuntur.

*Quisquis huiuſmodi lenitudinem prodiderit*) id eſt, inertiam & ignauiam, vt l. *hi quos*. C. Theod. de accuſ. cuius fuit olim propria actio quædam, quæ dicitur τῆς ἀργίας γραφή Nou.80. per quam huic conſtitutioni abrogatur. vide & Lapum allegat.18.

*Tit.27.l.2. Diurnos.* *Alexandrinæ ciuitatis*) Alexandria multa habuit præcipua l.56. & ſequen. ſupr. de decur. l. vltim. ſupr. de legat. & proprium canonem, vt vtraque Roma, quem hæc conſtitutio auget.

*Tit.28.l.Vni.* *Dinummio vectigali*) *Vectigal* propriè ſignificat quod fiſco vel reip. præſtatur pro mercibus quæ importantur & exportantur; quod ἐξαγώγιον Iuſtinianus vocat in edicto de Alexandrinis: *Dinummium* autem appellatum videtur à præſtationis quantitate & modo.

*Tit.29.l.2. An reſp.* *In cuius locum ſucceſſiſtis*) Reſpublica tacitam hypothecam non habet, niſi ex priuilegio l. *Antiochenſium*. ff. de rebus auct. iud. poſſid. ergo nec is qui reipublicæ ſucceſſit ſoluto debito. Succeſſio tamen priuilegium in perſonali actione ei dabit, quod habuit reſpub. leg. 3. ſupr. qui potior. in pignor. habean. l. *bonis*. ff. de rebus auct. iud. poſſid. fiſci melior eſt conditio: quem cum repub. Accurſius malè confundit.

*L.3.Rempub.* *Vt pupillam extra ordinem iuuari moris eſt*) Reſpublica circumſcripta in integrum reſtituitur perinde ac pupillus vel adoleſcens, l.1. s̃. de offic. eius qui vic. alic. iud. obt. l.4. s̃. quib. cau. ma. in integ.

*L.4. Si ſecundum.* *Diſtraxit aream*) cur enim ædificia non fuere refecta aut reſtituta? Certè etiam Veſpaſianus vacuas areas occupare & ædificare, ſi poſſeſſores ceſſarent, cuicunque permiſit, auctore Suetonio & Victore.

*Ti.30.l.1. Fundum.* *Debitæ quantitates inferantur*) Agri ciuitatũ dati in emphyteuſim nõ reuocantur, niſi emphyteuta in ſoluendo canone per triennium ceſſauerit, l.2. s̃. de iur. emphyt. poſt triennium reip. committuntur.

*Ti.32.l.1. Non prius.* *Debitorem reip.*) debitorem, puta ex adminiſtratione vel pollicitatione, non ex mutuo, l. *reſcripto*. §. *debitores*. & ſeq. ff. de munerib.

*Tit.33.l.1. Hi qui à te.* *Qui à te collegaque tuo*) Duumuiri ſolent ſibi ſucceſſores nominare, ex qua nominatione reipublicæ obligantur, ſi ſucceſſores tempore depoſitæ adminiſtrationis, pari rationi faciendæ pares non ſint, nec ab eis creationis tempore creatores ſatis exegerint. Quòd ſi tempore depoſiti honoris ſoluendo ſint, etiam ſi ab eis creatores ſatis non exegerint, non tenentur, l. *ordine*. §. 1. ff. ad Munic. ſed ſi forte poſtea lapſi ſunt facultatibus, damnum reipublicæ præſtabunt, quorum culpa tardius ſunt ab eis rationes exactæ.

*L.2. Si ſucceſſoris.* *Ad tuam perſonam ſpectare nequaquam poteſt*) Atque idem erit ſi pro te fideiuſſero, & tu tibi ſucceſſorem nominaueris l. *libertus*. §. penult. ff. ad munic. non idem erit ſi pater filio conſenſerit ad decurionatum, & filius ſibi ſucceſſorem nominauerit: quia pater plus eſt quàm fideiuſſor, & tanquam ipſe reus, l.2. ff. eod. quod ſummè notandum hic monet eruditiſſimus Cuiacius.

*Tit.34.l.1. Fideiuſſores.* *Non in his quæ ob culpam*) hanc cõſtitutionem ſignificari putat Cuiacius in l. *fideiuſſores*. ff. de fideiuſſorib.

*Tit.35.l.1. Etſi duobus.* *Collegæ conueniuntur*) Plures ſunt qui pro eo obligantur qui honorem vel munus aliquod publicum geſſit, nominator, fideiuſſor, collega, pater, & duæ quidem priores leges huius tituli ſunt de muneribus; duæ poſteriores de magiſtratibus. Si autem munus duobus iniunctum ſit ſeparatis portionibus hic ordo ſeruatur, fideiuſſor, nominator, collega, l.2. infra hoc titu. l.3. ſupr. de con. fiſ. deb. ſi pro indiuiſo, hic; collega, fideiuſſor, nominator, dict. l.2. l. *aduerſus*. ſupr. de mag. conu. Collega quia conreus eſt hoc caſu: Fideiuſſor quia propius ſemper accedit ad reũ, quàm nominator. In magiſtratibus ordinis ratio eadem eſt, ſiue duo creati ſint magiſtratus diuiſis actibus adminiſtrationis, ſiue indiuiſis: puta vt primùm fideiuſſor excutiatur, tũ nominator, deinde collega, l.3. & 4. hoc titu. l. *Imperator*. ff. ad munic.

*L.3. Si ita duumuiri.* *Cùm in magiſtratibus*) ita voce *cùm* vtitur leg. 60. Cod. Theod. de appellat. cæterum ideo diſertim loquitur de magiſtratibus, quia non idem eſt in muneribus, cuius rei illa eſt ratio, quod magiſtratus non ſunt omnino conrei. Nec, ſi depoſito honore ambo ſoluendo ſint, in ſingulos eſt actio in ſolidum, ſicut in eos quibus pro indiuiſo munus iniunctum eſt, l. *ſi pupillus*. ff. de adminiſt. tutor. Sic & ſi vnus ex eis ſoluendo non ſit, ad collegam quaſi conreum non venitur inexcuſſo inopi fideiuſſore ac nominatore, dict. l. *Imperator*.

*L.4. Cum te.* *Ob culpæ nexum*) Sic & in eadem l. *Imperator*. ff. ad munic. eademq́; ratio eſt in muneribus, veluti in tutelis, l.1. §. vſque adeo de tut. & rat. diſt.

*Tit.36.l.1. Si vt proponis.* *Inuitum actum reipublicæ adminiſtrare*) Vt priuati ſeruos actores habent, ita reſpublica præpoſitos pecuniis dandis & ſuſcipiendis, ſtipulationibus contrahendis, rationibus dominij tractandis, qui ſunt ſub diſpoſitione curatorũ reipub. vel Kalendarij, vel patris ciuitatis, l.1. j. de ſolut. & liber. deb. ciu. Liberis actoribus non vtuntur, & ideo plerique ad actum gerendum venire ſe patiuntur l. 6. §. *irritum*. ff. de iniuſt. rup. atque ita capite minuuntur. Sola tamen actus geſti ratio caput non minuit, l. *liberos*. ſupr. de lib. cau.

*Tit.38.l.Vnic.* *Sufficit ſortis damnum*) Qui ex contractu pro debitore reipublicæ obligatur, veluti fideiuſſor, & in ſortem tenetur, & in vſuras, leg. ſecunda, §. vltimo, ff. de adminiſt. rer. ad ciuitat. pertinen. Qui ex officio quod adminiſtrauit, vt puta duũmuir, vel pater ciuitatis, qui non ſatis cautè pecuniam publicam fœnori occupauit; in ſortem tantum, non in vſuras. Pro pecunia quam ipſe habet, etiam in vſuras. Pro alio in ſortem tantum, ſi nulla eius fraus vel culpa lata arguatur, l. vltim. in princip. ff. eod. l. *Lucius*. §. *Paulus*. ff. ad municip. leg. *cum quidam*. §. penultim. ff. de vſuris.

*Tit.39.* *De ſolutionibus & liberationib.*) Liberationis verbum ad obligationem refertur: ſolutionis ad obligationem vel ad nummos. ſi ad obligationem æquè patet ac liberationis, l. *ſolutionis*. ff. de ſolut. cui ex inſcriptione coniungenda eſt l. *liberationis*. ff. de verb. ſignif.

*Tit.40.l.1. Nõ inuidemus.* *Gymnici vt agonis ſpectacula reformentur*) Cùm vetitum paulò ante fuiſſet gymnicum certamē, id edere volentibus ſua ſponte populi recreandi cauſa, hæc lex permiſit. Volentibus, inquam, non inuitis l. *qui dolo*. §. 1. ff. ad legem Iul. de vi publ.

*L.7. Ne quis deinceps.* *Nullus reditus inde largitionibus inferatur*) Tollit hæc conſtitutio proſtibula & lenocinia vt Nou. 14. Item proſtitutarum ancillarum ab hac iniuria vindicationem & liberationem publicam facit, ſicut liberorum vēditorum, l. vlt. s̃. de patr. qui fil. diſt.

*Abſtineant thymelici*) ita à Græcis appellantur ſcænici, veluti mimi, hiſtriones, ludiones. ſpecialiter tamen *thymelici* dicuntur cantores, qui modes faciebant & ſaltabant. atq; illos conſtat eſſe famoſos, & tribu moueri, hos non item: quos videntur intellexiſſe Græci l. 4. ff. de his qui not. infam.

*Tit.42.l.3. eos qui.* *Ex ipſis formis iubemus elicere*) *Formas* vocat cõcepta cula quælibet quib. diſtinguitur aquæductus: Græci hoc loco vocãt δοχεῖα. vide autem ad hãc legem Couarruuiam prac. quæſt. capit.19. num.2. Alciati autem acumen, qui mox pro, *matrices*, *maſtos* reponit ſperno à me. *matrices* enim has Caſſiodorus vbera appellat.

*L.4. Vſum aqua.* *Veteri licentia percipiunt*) loquitur ergo de ijs quibus aquæ publicæ vſum iãdiu princeps conceſſit, & ne eius modo fraudentur ſancit, confirmans vſurpatorum pœnam definitam l.2. s̃. vide & Hieronym. Magium libr.3. miſcell. cap. 8. & Zoannetum rer. quotidianar. ca.56.

*L.5. Si quis.* *Quid in Nymphæis*) *Nymphæa* ſunt ædes publicæ, in quibus nuptias celebrant, qui ædib. carent ad choreas capacib. vt Zonoras explicat in Leone magno. Inde νυμφικὰ λουτρά, vt Sudas interpretatur, τὰ εἰς γάμους ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἀπὸ κρήνης λαμβανόμενα. Adi Forcatulum in Cupidine Iuriſperito cap.10. & Alciatum hic.

*L.6. Omnis ſeruitus.* *Vel officio*) ſi officialis eiuſmodi preces inſtruxerit l. 2. s̃. de pet. bon. ſubl.

*L.7. Ad reparationem.* *Ex vniuerſis ſcalis*) *Scalæ* ſunt traiectꝰ maritimi, qualis in regione ſexta, *ſcala Sycana*, quæ πέρασμα Iuſtinianarum dicitur in No. 69. in regione quinta, *ſcala Chalcedonenſis*, in quarta, *ſcala Timaſi*. atque hæ ſcalæ Græce dicuntur χηλαὶ: erantque protenſæ in mare traijciendi cauſa vſque ad Nauigia; atque his ſingulis ſinguli nauti adtributi erant.

*L.9. diligenter.* *Qui publici ab initio fontes*) hoc vult: Vt qui publici fuere fontes ab initio, vel cum fuiſſent initio priuati, poſtea publici, deinde reſcripto principis vel vſurpatione priuati facti ſunt, ad ius publicum redeant, nec quidquam valeant reſcripta vel pragmatici contra publicam vtilitatem vt in leg. 2. ſupr. de nauib. non exc. leg. 2. ſupr. de can. fru. vr. Romæ. Nec obſtat leg.4. ſupr. quæ de vſu ſiue iure aquæ publicæ loquitur; non de fontibus priuato iuri omnino vindicatis.

ſcatis. Sed neque contra ius publicum quidquam valet præſcriptio longi temporis, l.5.ſ.de oper. publ. ſicut nec contra ius priuatum principis, l. *Vſus*.ȷ. de fun. rei priuat. Nou. 30. quod interpres Iuliani latius quàm oporteat accepit de omni iure fiſcali.

*Titul. 43. l. 1. Cruenta.* *Cruenta ſpectacula*) *cruenta ludicra* vocat Ammianus; intelliguntur autem hominum inter ſe commiſſiones; de quibus videndus elegantiſſimus Lipſius in libro qui eſt de gladiatoribus, & Forcatulus auiarij ſui cap. 12.

*Tit. 46. l. Vn.* *Armorum mouendorum*) Ita dicimus *mouere arma*, vt *mouere equos*, pro vti, l.4. & vlt.ȷ. de cur. publ.

*Tit. 47.* *De agricolis*) ad hunc titulum vide Molinæum ad conſuetud. Pariſienſ. tit. 2. in princ. à num. 16.

*L. 7. Quemadmodum.* *Vendi omnifariam non licebit*) imo nec permutari vel obligari, cum nec legari poſſint, leg. *ſi quis inquilinos*. ff. de leg. 1.

*L. 8. Omnes.* *Profugis in lucrum ſuum vſi ſunt*) Aliud eſt ſuſcipere fugitiuum colonum, aliud quaſi liberi hominis operas conducere: qui enim ſuſcepit, ſolennes functiones agnoſcit pro eo: qui conduxit, non item. Et eſt ſimilis diſtinctio in l.4.ſ. de ſer. fugit.

*L. 11. Originarios.* *Nulla cenſus auctoritate*) Cenſus auctoritatem perinde dixit, vt in l. *in finalibus*. ff. fin. regund. quæ ſicut domino nō præiudicat ſi quis rem alienam quaſi ſuam in cenſum deferat, leg. *forma*. §. *ſi ego*. ff. de cenſib. leg. *quæ quiſque*. ff. de acquiren. rerum domin. ſic vero domino fundi non præiudicat colonus, qui ſe quaſi ingenuum in cenſum defert. porro etiam fiſco non præiudicat profeſſio cenſualis l. vlt. ſ. ſine cen. vel rel.

*L. 14. Si coloni.* *Oportet celeri reformatione ſuccurri*) fiet hoc interdicto Vtrubi (namque hæc lex in Codice Theodo. poſita eſt ſub tit. Vtrubi) quod celerem reformationem vocat, id eſt, momenti actionem, quam nec appellatio remorari poteſt, l.1. ſupr. ſi de mom. poſſ. nec compenſatio, l. vlt. ſupr. de compenſ. Celeris autem reformatio ſiue momenti actio aut interdictum omnem rationem ſignificat repetendæ poſſeſſionis, vi vel alio modo perturbatæ, & ideo non tantum interdictum Vnde vi, ſed & interdictum de tabulis exhibendis, quo hæres tabulas repetit ab alio ſuppreſſas, apud Anianum tit. vic. ciu. crim. ag. poſſ. & interdicta, Vti poſſidetis, & Vtrubi, & Saluianum apud eundem 5. ſentent. Pauli titu. de interdict. & interdictum Quorum bonorum l. 22. Cod. Theod. quor. app. non rec. Celerem reformationem, redhibitionem, executionem dixit etiam in l.5. Cod Theod. de denunc. l.4. Cod. Theod. vnde vi l.1. Cod. Theodoſ. de inq. & col. vide porro ad hanc legem, & an hoc nouum remedium recuperandæ poſſeſſionis locum habeat in quacumq; re mobili, immobili, animata & inanimata Alexand. conſ. 19. lib. 5. Rip. ad l. *ſæpe* nu. 31. cum ſeq. vbi etiã Abb. ext. de reſtit. ſpol. & ad c. *cum ad ſedem* num. 25. & ſeq. eod. titu. Socinum ad l. *rem quæ nobis*. num. 3. ff. de acquir. poſſ. Ant. Rub. ad l. *naturaliter* §. *nihil commune* num. 82. ff. de acquir. poſſ. Phil. Franc. in diſput. petitorij nu. 29. 4. vol. tract. Pariſienſ. conſ. 1. num. 178. lib. 1. Villalob. littera l. num. 110. Menochium deniq; de recuper. poſſeſſ. remed. 10.

*L. 18. Mulier.* *Eius omnem ſobolem*) ſententia legis hæc eſt; Colonam quę ſe iunxit libero homini, cum omni ſobole reuocari: vnde ſequitur, natum ex colona & libero homine, maternæ conditionis eſſe leg. 21. l. vlt.ȷ. hoc. titu. l.4.ȷ. de agr. & manc. Nec obſtat l. 13. ſupr. vt interpretatio Cuiacij ad eam ſtatim indicat.

*L. 17. Per colonum.* Inuito vel inſcio domino) Repetita eſt hæc lex in l. vlt. ſupr. ſi alien. res pign. da. ſit. ex qua intelligitur hunc eſſe ſenſum, vt ſicut ſeruus prædium domini inuito vel inſcio domino pignori obligare non poteſt leg. 6. & 9. ſupr. quod cum eo qui in alien. ita nec colonus l. vlt. ſupr. eod. idemq; etiam de ſeruitute dicendum eſt.

*L. 20. Litib.* *Coloni dominium ſuæ terræ*) Sæpe fit vt coloni vindicent ſe in libertatē, & dicant ſe eſſe ἰδιοκτήτορας, id eſt, propriorum bonorum poſſeſſores. ſed præſcriptione longi temporis repelluntur, ſi dominus probauerit reditus & penſiones eos diu quaſi colonos exſoluiſſe. quæ probatio fiet antapochis l. *plures* ſupr. de fid. inſtrum. quæ huic coniungenda eſt. Et poſſeſſio quidem longi temporis colonum non facit, cum ex lege Anaſtaſij exigantur 30. anni, ſed pro poſſeſſore præſumptionem facit. & generaliter diuturna præſtatio vel partis præſtatio obligationem vel actionem, quæ non fuit ab initio non conſtituit l.7. ſupr. de vſur. l. *ſi certis* ſupr. de pactis l. vltim. ſupr. ne vxor pro marit. l. *operis* ff. de oper. lib. Tacitum pactum inducit leg. 5. ſupr. de vſur. Præſumptionem obligationis inducit in dubio l. *cum de in rem verſo*. ff. de vſuris, & obligationem ſi qua fuit confirmat, & corroborat, extinctis exceptionibus anargyriæ & Macedoniani leg. 4. ſupr. de numer. pecu. leg. 2. ſupr. ad Maced. & interdum perpetuat, vt in cauſa alimentorum, l. 1. ſ. de fideicommiſſ.

*L. 22. Cum ſceſmus.* *Neq; ex confeſſionibus, neq; ex ſcriptura*) vide Guid. Papæ not. q. 315. Grammaticum conſi. 45. nu. 4. Decium conſi. 133. col. 3. Marſilium conſi. 28. num. 9.

*§. 1.* *Illud non ineleganter dubitabatur*) adi Socinum & Ruinum ad rubr. ff. ſolut. matrim. nu. 42. & Socinum Iuniorem 2. part. num. 54.

*L. ſi. ſi quis.* *Adſcriptitiæ conditionis*) De nato ex adſcriptitia & libero dictum eſt leg. 16. ſupr. hæc lex eſt de nato ex adſcriptitio & libera, vt etiam matrem ſequatur. qua de re vide Cuiacium obſeruatio. libro 4. cap. vigeſimooctauo, de ſolutione autem coniugij, cuius hic mentio eſt, idem repetitur Nou. 22.

*Tit. 49. l. 1. Quisquis.* *Hoc facere in poſterum prohibeatur*) Idem obtinet in fiſcalibus quod hic in priuatorũ colonis, l.5.ȷ. de agr. & man. dom.

*Tit. 50. l. Vn.* *Vt etiam per Palæſtinam*) quidā codices, *per Palæſtinas*: quod non improbat Cuiacius, quia fuerunt tres in Oriente, ad quas omnes hæc pertinet conſtitutio.

*Tit. 51. l. Vn.* *Per vniuerſam diœceſim Thraciarum*) Diœceſis Thraciæ habet ſex prouincias, vt Marianus Scotus ſcribit, Europā, Thraciam, Hæmimontum, Rhodopen, Mœſiam ſecundam, Scythiam.

*Tit. 52. l. Vn.* *Per Illyricum*) videtur accipienda lex hæc de Illyrico occidentali. Nam Orientale infert capitationem excepta eccleſia Theſſalonicenſi l. 12. ſ. de an. & trib.

*Tit. 53. l. 1. Si quis poſt hāc.* *In clientelam ſuam ſuſcepiſſe*) hinc apparet *ſuſceptos* eſſe clientes qui ſe & bona ſua omnia tuenda & defendenda potentioribus addicunt, fraudandorum publicorum tributorum cauſa. qua ſpecie potentiores vicanorum & ruſticorum bona ſibi vindicabant, vel relinquebant ſuſceptis ſub patrocinij mercede certa, quod multæ conſtitutiones damnant in tit. de pac. vic. C. Theod. & Iuſtiniani Nou. 17. & Tiberij de diuin. domib.

*Tit. 54. l. 1. Ne quis.* *Extra muros*) hanc conſtitutionem intelligere arbitratur Cuiacius Conſtantinum in l. 2. Cod. Theodoſ. de cenſ. ſiue adſcr. dum Diocletianum dicit plebem vrbanam capitatione immunem reddidiſſe. nihil enim aliud ea verba; *extra muros* ſibi volunt, quàm vrbanos quidem capitationem non præſtare; cæterum de ruſticanis hoc hic cōſtituitur, ne ad vlla alia onera deuocentur vt l. 1. ſ. de agr. cenſ. veluti ad proſecutionem equorum aut mularum fiſcalium, de quib. l. vlt. ſ. de diſcuſſ.

*Tit. 55. l. Vn.* *Si quis ex eiſdem vicanis*) Pugnare videtur hæc lex cum l. *dudum*. ſ. de contrah. emp. ſed l. *dudum*. de propinquis & ſocijs loquitur, ne præferantur extraneis emptoribus, hæc de conuicanis; propter quam putat Cuiacius ad l. *dudum*. hęc verba Tribonianum adieciſſe; *Niſi lex ſpecialiter, &c.* quæ non ſunt in C. Theod.

*Per qualemcumque contractum*) hoc verbo non continetur teſtamentum: ergo poterit vicanus extraneum hæredem inſtituere. Quin & Nou. Romani, non teſtamenti modo ſed & dotis, donationis propter nuptias, donationis directæ, donationis cauſa mortis, permutationis, tranſactionis non ſimulatæ excipitur cauſa: niſi ſi ex his cauſis bona ſua tenuiores transferant in potentiores non vicanos, quibus tamen præſcriptio decennij, ſicut & extraneis quibuſlibet non denegatur.

*Tit. 56. l. Vn.* *Pro alienis debitis alios moleſtari*) Fuit olim plæriſque locis vſurpatum, vt vicanus ex contractu vel delicto conuicani teneretur; & vt liceret creditori ob vicani debitum eiuſdem vici hominem vel bona præhendere, quoad verus debitor ſatisfeciſſet; quod Zeno tollit hac lege, & Iuſtinianus Nou. 52. & 134.

*Tit. 57.* *De cenſibus & cenſitoribus*) *Cenſus* deſcriptiones ſunt iugerum & capitum, *Cenſitores* ſiue cenſores qui cenſus agūt. *Peræquatores* & inſpectores qui emendāt, prædijs inſpectis & adæquatis inuicem, vt releuētur quibus eſt grauius onus adſcriptum, grauentur quę ſunt cenſita leuius l. 10.ȷ. de fun. pat. l. pen. & vlt. ſ. de an. & tribut. l. 12. & 14. C. Theo. de cenſi. l. vlt. C. Theo. de locat. fun. iu. emph.

*L. 5. Qui grauatos.* *Competitionis habeant facultatem*) Actio vel competitio aduerſus iniquam peræquationem datur intra annum poſt completam peræquationem, traditosque peręquationis libros, ex die clauſi renunciatique cenſus vt ait leg. 5. Cod. Theodoſ. de cenſu ſiue adſc. excipiuntur minores indefenſi, & abſentes reipublicæ cauſa: quibus non ex eo die annus computatur; ſed ex quo agendi facultatem habuerint. ad extenſionem porrò huius legis vide leg. *formam*. §. final. ff. de cenſibus. Balb. in tractat. de præſcriptio. quarta parte principali, quæſtione 30. numero 9. Socinum conſil. vlt. colum. fina. lib. 3. Bero in quæſt. fam. quæſtio. 5. Anto. Rub. deniq; ad leg. *non ſolum*. §. *morte*. ff. de noui oper. nunc. nu. 261.

*Tit.58.* *De omni agro deſerto*] Non idem eſt deſertum & derelictum: derelictum enim occupantis fit, deſertum non item l.8.hoc titu. vſucapitur tamen biennio. deſertum autem eſt quod incultum & ſqualidum eſt.

*L.3. Quicunque.* *Sub certa immunitate*] iubet vt ij quib.deſerta prædia adicũtur ſub certa immunitate veluti triennij l.1.hoc tit.vel biennij l.7.hoc tit.l.12. C.Theod.de cenſit. pignorib. vel fideiuſſorib. caueant ſe ea damno publico minimè deſerturos l.6.hoc tit.l.7.j̃.de fun.pat.

*L.fi.iubemus.* *Pro alieni territorij debitis*] Territorium & glebam dicit pro eodem vt l.11.s̃. de oper. publ.l.3.s̃.de nat.lib. l.nulli.s̃. de epiſcop. & cler.municipem quoque & curialem pro eodem vt l.5.s̃.hoc titu.l.1.j̃.de fug.col.l.41. Cod. Theod.de oper.publ.Curialis igitur glebæ propriæ non alienę nomine tenetur l.12.s̃.

*Tit. 61. l. 1. Si quis.* *Salua lege fiſci*] Adi Sarmientum lib.3.ſelect.c.2.

*L. 3. Quicunque.* *Ad refundendum*] al.*referẽdum*, quidam etiam, *reddendum*; quod eſt gloſſema verbi *refundendum*, quo vſi eodem modo Iuriſconſ.in l. *item quod*.ff.de in diem. ad l. *generaliter.§.proinde & ſi pretium*.ff.de fid.lib.

*L.4.Fundi.* *Fundi patrimoniales*] iubet lex vt fundi patrimoniales & emphyteutici iuris ad domum principis deuoluti, fortè ex cauſa deſertionis,vel permutationis colonorum, poſcentibus ſaluo canone addicantur, & ne ob ceſſationem canonis committãtur. pugnat igitur cum l. 2.s̃.niſi hæc accipiatur de canone,illa de tributis,l.1.s̃.de ſuſceptor.

*L.14.Iubemus.* *Aut agonothetici*] iuris agonothetici, quos agonotheticos vocat l.pen.j̃. de diuerſ. præd. agonophoros l. Titia.1.§. 1.ff.de leg.2. qui deputati erant ſumptibus ſacrorum certaminum; plura ad hanc legem videat qui volet apud Cuiac. & Alciatum hic.& ad l.12.conſulat Molinæum ad conſuetudines Pariſienſes §.55.glo.4.nu.15.

*Tit.63. l. 1. Quicunq;.* *Paruuli ex municipibus*] paruuli dicuntur intra annum 25.l. 2. s̃.de fun. pat. Cauetur autem hac lege,vt orti ex curialibus,à militia retrahantur in curiam l.17.s̃.de decur.

*Tit.65.l.3. Quicunq;.* *Vel iure perpetuo*] id eſt, dominij vel emphyteuſeos iure, vt in leg. penult. s̃. de exc.mun. hoc autem dicit lex: Si quis fundum rei priuatæ iure perpetuo vel titulo conductionis acceptum alij vendiderit, donauerit, vel ablocauerit, qui ſoluendo canoni par non ſit, pro eo ipſe obligatur fiſco.

*Tit.66.* *Et ſaltibus rei dominicæ*] Res dominica & res priuata idẽ eſt,vt conſtat ex l.pen.tit. præcedentis l.9.s̃.de iur.fiſc. Huius tit.l.2.proprietatem vocat & dominium. Debuit igitur (inquit Cuiacius) ſuperior titulus ita concipi; *De fundis & ſaltibus rei dominicæ*, vel, *De fundis & ſaltibus rei priuatæ*; & hic non interponi.

*Tit.67.l.5. Dominicos.* *Neque ad deſcriptionem patimur deuocari*] Coloni rei priuatę nullam deſcriptionem patiũtur;nec ad onera extraordinaria deuocantur. quod & de priuatorum colonis cõſtituitur,l.1.s̃.de agr.cenſ.l.1.ſupr.ne ruſt.ad vl.obſ.

*Tit.68.* *De prædijs tamiacis*] Ταμεῖον cellarium dicitur in Nou. Martiani de ind.rel. Erantque prædia *tamiaca* & coloni ac ſerui tamiaci in Cappadociæ prouincijs Nouel.20.&30.& ideo eorum cura pertinebat ad Comitem domorũ, & præpoſitum ſacri cubiculi; & hac ratione domus ſeparatur à re priuata; quod enim domui deputatur, cellario deputatur, vel cubiculo: Res priuata alijs neceſſitatib. l.vlt.j̃. de priuil. dom.Auguſt.vel rei priuat. Verũ & domus ſæpe ad rem priuatam referuntur,ijdemq́; dicuntur & *tamiaci* & *dominici*, vt in l.1. mox quæ oſtendit ex colono libero & tamiaca, vel contra,tamiacum naſci. Ex adſcriptitio vel ſeruo alieno & tamiaca, vel è cõtrario natum, matrem ſequi. nam hoc ius antiquum eſt l.21.ſupra de agr.cenſ.

*Tit.69.l.1.pro ædibus.* *Placitam præſtare penſionem cogantur*] à ſolo *ſolarium* dicitur in l.2.ff. ne quid in loco publ.l. *etiam*. ff.qui potior.in pign.

*L.3.Reſtaurationi.* *Tertiam portionem eius canonis*] tertia pars canonis qui colligitur ex fundis reip. mœnium inſtaurationi deputandus eſt l.10.ſupr.de oper.publ.l.18.C.Theod.eod.tit.

*Tit.70.l.1.diui patris.* *Ita tradi perpetuarijs*] Differentia eſt inter perpetuarios conductores, de quibus hoc titulo tractatur, & emphyteuticarios. Perpetuarij enim domini non ſunt, & mancipia manumittere non poſſunt,iuris tamen ſui abalienationem habent.Emphyteuticarij ſunt domini & manumittere poſſunt;& ideo perpetuarium ius ab emphyteuticario rectè diſtinguitur hoc modo in l. 2. ſupr. de offic. com. rer. priuat. *perpetuarij vel emphyteuticarij* ſic enim ibi legendum. atq; ita Nou. Valentiniani de præſcr. 30. ann. ius perpetuum ſeparatur à iure emphyteuticario. Ergo cõductio alia eſt perpetua,alia temporalis,l.10.ſupr. de loca.ſicut & emphyteuſis dominij ius eſt perpetuum.

*L.4.congruit.* *Nouis conductoribus præferantur*] puto(inquit Cuiacius) legem accipiendam de conductione temporali, vt veteres conductores nouis præferantur cõtra l.*ne cui*.ſup. de locat. ſi quantum adijciunt noui, tantundem offerant ipſi. Conductioni autem temporali ſupra adijcere licere probatur ex l.ſeq.atque cum hac coniungenda videtur l.2.ſupr.de offic. com.rer.priuat.vide & Sarmientum lib.3.ſelect.c.7.

*Ti.72.nullus.* *Nullus palatinorum*] hoc ſancit: Ne poſſeſſiones rei priuatæ locẽtur palatinis,id eſt, apparitoribus Comitis priuatarum,ne militibus,ne curialibus, quod & de rebus priuatorum cautum eſt, ne curialibus vel militibus,non quod ſciam(Cuiacij verba ſunt)ne palatinis, quibus etiam rerum priuatarum emptio interdicta eſt l.vlt.ſup.de reſc.vend.

*Tit.74.l.4. Abſit.* *Inſtructiones viæ publicæ*] nõ vult poſſeſſiones diuinę domus(id eſt domus Auguſtæ vt l.penult. ſupr. de exact. trib.l. 12.ff.ad Senatuſconſultum Turpil.) viæ inſtruendæ vel ſternendæ, pontiumq́ue reſtituendorum immunitatem habere.idemq́ue de eccleſiaſticis prædijs conſtitutum eſt Nou. 131.l.7.ſupr.de ſacroſ.eccl. & vt hæc onera ſordida non cenſeantur,quæ aliquando tamen ſordidis adnumerata ſunt,l. 17.Cod. Theod. de ext. mun. contra rationem,prauaq́; appellatione,vt eſt in Nou. Theodoſij. Neque dom. diu.neq; eccleſ.quol.pub.mun.exc.

*Tit.75. l. Vni.* *Hermogenianis ſiue Palmatis*] vide hic omnino Cuiaciũ.

*Tit.77.l.1.Si quis.* *Qui vendere auſus fuerit*] ſi enim emptor rem iniquam facit,probabile etiam eſt venditorem rem iniquam facere, l.10.j̃.de cur.publ.quod tamen non eſt perpetuum. vide Forcatulum Necyoman.dialog.1.nu.10. Moder.Anco.in tract. de mercat.4.part.nu.42. Bap. de Sancto Blaſio in tract.correlatiuorum.num.40.

*L.2.omnes.* *Arborem ex Daphnenſi luco*] vide ad illuſtrationem & explicationem huius legis Cuiacium obſeruat.lib.2.cap.13.& Couarruuiam de collat.vet.numiſ.c.4.

## *IN LIBRVM CODICIS DVODECIMUM NOTÆ.*

*Tit.1.l.1. Si vt proponitis.* *Et auum conſularem*] videat,qui ſapiet,ad hanc legẽ Cuiacium;qui multa hic lectu digna annotat,propter prolixitatem nobis non exſcribenda.

*L.2. Neque famoſis.* *Et notatis*] Hi non ſunt ipſo iure infames;hæret tamen in eis macula quædã, vt q iudicio publico rei in vinculis ſunt, vel qui ob teſtimonium dicendũ pecuniã accepiſſe cõuicti, nec damnati ſunt; vel qui inter requirendos adnotati ſunt. Sic nota ab infamia diſtinguitur in l.3.§.*lege*.ff. de teſtib.

*Dignitatis portæ patebunt*] Senatus portæ:totus enim hic titulus eſt de ſenatorib⁹ in l.1.ff.ad leg. Iul.de vi priu. *Omni*, inquit *honore, quaſi infamis carebit*. de qua vide Cuiacium obſer.lib.1.c.38.Falsò autem adijcit Accurſius,eos non poſſe Romæ agere, vel in comitatu principis. quod de relegatis tantum eſt proditum, & de militibus ignominia miſſis, non de alijs infamibus,alioquin non poſſent Romæ pro ſe poſtulare apud prætorem;quod eſt falſum.& vel tutelæ Romæ damnatus ſolum vertere cogeretur.

*L.3.Maior.* *Circa prioris dignitatis*] Si fortè ſilẽtiarius, vel proximus ſacrorum ſcriniorum, vel notarius inter ſenatores allectus ſit,nõ ideo minus retinet priuilegia quæ ſilentiarijs & proximis ſacrorum ſcriniorum & notarijs Conſtitutionib.conceſſa ſunt,l.*eos*. s̃. de exc. mun.l.3.j̃.de ſilent.l.1.j̃. de primic. & not.

*L.10. Seuerã.* *A clariſſimo nomine ſubmouemus*] Si enim municipalis ordo eximitur tormẽtis, multo magis ampliſſimus, in quo eſt & princeps ipſe.ita vt merito ab omni iniuria defendendus ſit,l.8.s̃.veluti tormentis,vinculis,carcere.

*L.11.Senator.* *Priuatos habeat filios*) præter Cuiac.hic & Duarenũ, quo loco monet Gothofredus,vide etiã ad hanc legẽ Concenatiũ li.2.quæſt.c.11.& Coraſ.ad l.*Senatoris*.1.ff. de Senatorib.

*L.13.Mulieres.* *Genere nobilitamus*] Vxor ergo plebeia per matrimoniũ clariſſimã ſenatoriãve dignitate adipiſcitur; vel etiã clariſſima p impares nuptias amittit;vt ex Liuio liquet de Virginia.

*L.15.clariſſimis.* *Sine cõmeatu proficiſcẽdi*) Nõ poterãt olim ſenatores nõ impetrato libero cõmeatu alibi morari quã in vrbe,l.*filij*.§. pen.ff.ad municip. Hodie nihil eſt commeatu opus: datur namq; hac l. generaliter omnib.clariſſimis vel ſpectabilib⁹.

*L.16.Si grauius.* *Sub fideiuſſione habita*) notata ad orã hic, quæ aiunt Cuiaciũ legere;*ſubſtitutione habita*,ea eorumq́; auctores fugit ratio.legit.n.ille I.C. noſtri ſeculi princeps:*ſub tuitione*. nã, inquit,ſub fideiuſſione nõ conſtitui,l.prox.docet. tuitionẽ autem militarem intelligo vt in l.1.s̃.de offic.mil. iud.l.36. C.Theod.de nauic.l.3.ſupr.de offic.com.rer.priuat.

*Super illuſtrib.*) De illuſtriũ crimine nullus iudex cognoſcit inconſulto principe,excepto caſu l. ſeq. De reliquis dignitatib.præf.præt.cognoſcit,veluti de clariſſimis l.pen.s̃. de offi. præf.præt.Or.idq; in vrbe, in prouinciis iudex prouincialis.l.1.vel ſenat.vel clariſſ.

*L.fin.* *Nec non etiam honorariis illuſtribus*) non pugnat hæc lex cum l. *nullus* s̃.de offic. rect. prouinc.quia illa loquitur non de illuſtrib.ſed de præſidib.

*Maiorib.*

*Maiorib. quam minorib.*) Illuſtrium ſunt gradus quidam, & alij ſunt maiores, alij minores. quis neſcit enim Præf. prætorio maiorem eſſe magiſtro officiorum, & tamen vtrumque eſſe illuſtrem?

*Principali videlicet præcedente conſenſu*) nec hoc pugnat cum l. 15. s̃. quæ de clariſſimis vel ſpectabilib. loquitur, non de illuſtrib.

*Tit. 2.* *Et de honore præturæ*) prætura fuit onus ſenatoriũ. Hanc enim dignitatem qui ſuſcipiebat ſenator, ſuis ſumptib. Circenſes & Scænicos ludos exhibebat Boet. 3. de conſol. *Prætura magna olim poteſtas, nunc inane nomẽ & ſenatorij cenſus grauis ſarcina.* porro vide ad hunc tit. etiã Forcatulum Necyomant. dialog. 7. & Marcũ Vertran. de iur. liber. c. 10.

*L. 2. Glebam.* *Siue ſeptem ſolidorum functionem*) Hæc ſeptem ſolidorum præſtatio tenuiſſimos ſenatorum obligabat, vt Honorius & Theodoſius ad Monaxium ſcribunt in Cod. Theod. eratq; id perſonæ onus, non glebę. Erant & quidã ſenatorij ordinis, qui eam tantũ præſtationẽ agnoſcebant, non glebalẽ, veluti ex proximi l. 12. Cod. Theod. de prox. com. diſp.

*Tit. 3. l. 1. Antiquitus.* *Ipſius trabeæ ſummitate*) Trabea ſtola eſt conſulum l. 1. j̃. tit. vlt.

*L. 2. Ordinẽ.* *Antiquitatis ornamenta*) Ornamẽta cõſularia hæc ſunt; trabea ſiue palmata, ſcipio, calcei aurati, ſella curulis, faſces; Caſſiodorus in formula conſulatus.

*Centena pondo auri*) tot etiam pondo ab honorario exiguntur l. 3. non iterum conſule l. 4.

*L. 3. Nemini.* *Qui cæteris omnibus anteponitur*) In ſenatu præfectus vrbi præſidet: cæterum patricij dignitas amplior eſt. & videtur præfectus prætorio cæteris omnib. eſſe potior l. 1. s̃. de offic. vica. id eſt vicariis aut proconſulibus, non tamen conſulib. aut patriciis.

*L. 4. Sãcimus.* *Conſularib. omnib.*) non eos dicit qui conſulatum geſſerunt, ſed honorarios conſules vt l. vlt. s̃. de decur. Atq; his ẽt à principe deſignatis re ipſa conſulatum gerere licet. qua ex re honore non augentur l. 1. s̃. nec inter pares ex poſterioris, ſed ex prioris honoris tempore prærogatiuam in ſenatu vel in aula ſibi vindicant. Præferri tamen ordinarios honorariis, etiam antiquiorib. certum eſt. Nou. 62. arg. l. 4. j̃. de priu. ag. in reb. l. 2. in fin. j̃. de primic. & not.

*L. 5. Sãcimus.* *Viros excelſos patricios*) non tantum patriciatus dignitas ſoluit patria poteſtate, ſed ẽt ex Nou. 81. conſulatus, conſularitas, præfectura prætoriana, præfectura vrbicaria in actu conſtituta, & magiſterium militum. his. n. omnib. dignitat. filiifamilias patresfamilias fiunt ſine capitis deminutionẽ.

*Tit. 4. l. 1. præfectum.* *Et præfectum prætorio*) præfectũ vrbi nominat priorem, quoniam is præſidet in ſenatu: Adſidet præf. prætorio; & poſt præfectum prætorio magiſter militum. Cæterum hi tres ſunt dignitate pares, nec depoſita adminiſtratione inter ſe niſi prærogatiuam temporis habent.

*Tit. 5. l. 2. Hac noſtra.* *Excepto caſtrenſi & comite domorum*) Excubiculariis (inquit Cuiacius) inuenio immunitatem dari certorum munerum l. *maximarum* s̃. de exc. mun. Ex caſtrẽſi vel ex comiti domorum non item. Itaq; hunc locum ita prorſus accipio, vt excepto caſtrenſi & comite domorum, cæteris cubiculariis hæc quæ ſequuntur priuilegia competant.

*L. 3. cubicularios.* *Cubicularios tam ſacri cubiculi mei*) Et inſcriptionis ſimilitudo, & eorum qui ſacræ veſti deputati ſunt cum cubiculariis affinitas exigit, vt huic legi cõiungatur l. 3. j̃. de caſtrenſ. & mini. Eundem autem hi omnes iudicem habent, magiſtrum officiorum, qui & ſilentiariorum iudex eſt, miniſterialiumque omnium l. 4. j̃. de ſilent. l. vlt. j̃. de caſtr. & miniſt. & decanorum l. 2. j̃. de decan. & eorum qui militant in ſacris ſcriniis l. *in ſacris ſcriniis*, j̃. de prox. ſacr. ſcr. & agentium in reb. poſt ducenæ vel centenæ gradum l. *ex eo*. j̃. de agen. in reb. & ſcholarium l. vlt. j̃. de priuil. ſchol. deniq; totius palatij diſciplina ad eum ſpectat. nec hæc tantum, ſed & fabricarum & limitum cura; vnde & fabricenſib. ius dicit l. penult. s̃. de fabric. & ducum & limitaneorum, & caſtris præpoſitorum l. *Viros*. j̃. de diu. offic.

*L. 4. iubemus.* *Donati alióue titulo dati*) Diuerſa enim hęc ſunt donata, data, conceſſa, vt l. *Lucius*. ff. de leg. 2.

*Si medio tempore mouere diſtulerint*) *mouere*, id eſt, agere, vt in l. 3. s̃. de præſcr. 30. ann. *nulli mouendi vlterius facultatem patere*, & in l. 3. s̃. de quad. præſcr. *omnis motus*, id eſt, omnis actio, πᾶσα κίνησις.

*L. 5. Iubemus.* *Poſt finitam militiam*) Hæc lex oſtendit præpoſitos ſacri cubiculi depoſita adminiſtratione in ſenatorium ordinem conſcribi; & l. 3. s̃. vbi ſenat. vel clariſs. eiſq; extra vrbem proficiſcentib. cingulo militari vti licere, id eſt, ξιφηφορεῖν.

*Tit. 7. l. 1. præcipua.* *Et numerariorum corpus extincto iniuriæ auctore minuendum*) Tabularij ſiue numerarij præſidum aut præfectorum plerunque cenſus, diſcuſſiones, peræquationes iniungunt, quas tamen ſi ex notarijs iniunxerint, graui multa coercentur, & corpore numerariorum exiguntur. Huc valde pertinet l. pen. j̃. de pri. cor. qui in ſac. pal.

*L. 2. Preclãram.* *Primicerio agendis numeris*) Fruſtra opponit Accurſ. huic legi l. 2. & pen. j̃. de numer. quæ nec de primicerio loquuntur, nec de notarijs, qui ad imperialia ſecreta pertinent, ſed de numerarijs præſidum, vel magiſtri officiorum.

*Tit. 9. l. 1. Viris.* *Magiſtris omnium ſacrorum ſcriniorum*) Ex magiſtris ſcriniorum qui & ἀντιγραφεῖς & principes ſcriniorum dicuntur à Lampridio in Alexandro, alij ſunt magiſtri memoriæ, qui adnotationes omnes dictant & emittunt, & precib. reſpondent, l. vlt. s̃. de diu. reſ. No. Valent. de homicid. alij ſunt magiſtri epiſtolarum, qui legationes ciuitatum, cõſultationes & preces tractant; a Dione τὰς ἐπιστολὰς διαγαγόντες dicuntur, ſicut magiſtri libellorũ, libellos agentes, in l. *reſcriptum*. ff. de diſtr. pign. qui cognitiones & preces tractãt. ſunt verò ij ſcriniorum magiſtri ſpectabiles, honore comitũ ornati, adſeſſores quodammodo principis, immunes etiã depoſita adminiſtratione ab omnib. ciuilib. munerib. l. *eos*. s̃. de exc. mun. atq; ab his ſcriniorum magiſtris ſeparandi ſunt referendarij, qui & ipſi ſpectabiles ſunt; & ſupplicum deſideria principi referunt & exponunt, iuſſionesq; principũ iudicibus inſinuant No. 10. 113. 124. ac nonnunquam, vt Sigebertus ſcribit in Chronico, publicas conſcriptiones anulo ſeu ſigillo regis confirmant.

*Tit. 11. l. 1. Præpoſitos.* *Qui inquietudinis epulis*) legendam monet Cuiacius; *qui & diuinis epulis*: idq; ẽgo ſequor. Scholæ porro agẽtium in reb. habent præpoſitos & tribunos, ad quos ſcholarum gubernatio pertinet, qui & comites ſcholarum dicuntur l. 1. j̃. de pri. ſchol. l. 3. s̃. de offi. mag. off. quod plerunq; ornati ſint comitiua primi ordinis; q titulus honorarius eſt, inuentus à Conſtãtino Imperatore. Hac verò dignitate ornati præpoſiti & tribuni ſcholarũ hæc beneficia habẽt, vt interſint Imperatoris epulis, & vt adorent purpurã eius. Quod idem viris clariſſimis comitibus ſacri ſtabuli datur, id eſt, equorum præfectis & rectorib. quibus ſportulas præberi ab ijs qui equos conferunt, vel pretia eorum, oſtendit l. 3. C. Theod. de eq. col. & l. 29. C. Theo. de ann. & trib.

*Alios qui honore comitiuæ regimẽ fuerint nacti*) Legendũ ait Cuiac. *Sin abſq; honore comitiuæ regimen fuerint nacti.*

*Tit. 13. l. vnic.* *Inter vicarios taxari præcipimus*) nota vicarios & duces exæquari; & archiatris interdum non primi ſed ſecundi ordinis comitiuam dari l. vlt. s̃. de profeſſ. & med.

*Tit. 16. l. 1. Decuriones.* *Poſt emenſum fideliter obſequium*) Silentiariorũ officium Zonaras in Anaſtaſio ait eſſe τῶν χαμαιζήλων ἀξιωμάτων. Hi ſunt excubitores in conſiſtorio vel palatio principis, ſtantes fere ad limina. vnde & excubias agere dicuntur in l. 3. j̃. hoc tit. ſunt autem ſub decurionibus l. 3. in fin. j̃. qui alias ſacri cõſiſtorij decuriones dicuntur, alias ſacri palatij.

*L. 5. Iubemus.* *Clariſſimorum ſilentiariorum*) hoc loco ſilentiarij clariſſimi vocantur, alio ſpectabiles l. 30. s̃. de inoffic. teſtam. ſimiliterque tribuni notarij ſpectabiles l. 2. s̃. de primic. l. *neque*. s̃. de decur. clariſſimi Nou. 8. & 13. & l. reſtituendæ. s̃. de adu. diu. iud. nec aliter magiſter cenſus qui deinde appellatus eſt γενικὸς, auctore Leone Nou. 44. vir clariſſimus appellatur in l. vlt. s̃. de iur. emphyt. l. *conſulta*. s̃. de teſtam. l. *ſecundum*. s̃. de donat. vir perfectiſſimus l. *orphanotrophos*. s̃. de epiſc. & cler.

*Tit. 17. l. 1. domeſtici.* *Domeſtici ac protectores*) Differentiam eſſe inter domeſticos & protectores ex Cod. Theo conſtat. eod. tit. l. 6. & 9. quibus conſtituta de domeſticis trahuntur ad protectores. ex his autem alij erant pedites, alij equites, l. vlt. j̃. hoc tit. l. *reſtituendæ*. s̃. de adu. diu. iud.

*Tit. 20. l. 4. Ex eo quo.* *Subadiuuis etiam*) Habuit magiſter officiorum adiutorem ex ſchola agentium in rebus, l. 12. s̃. tit. prox. & ſubadiuuas adiutoris duos; habuit & ſubadiuuas fabricarum; quas conſtat fuiſſe ſub diſpoſitione magiſtri officiorum, & ſubadiuuas barbariorum, id eſt, officinarum barbaricariorum, l. 3. Cod. Theod. de agent. in reb. *Periculum*, inquit, *ſe & adiutor & ſubadiuuæ ſubituros eſſe cognoſcãt, &c.* ijdemque chartularij dicuntur ibidem l. 5. & 6.

*Tit. 21. l. 2. Hac ſaluberrima.* *Quæ in ſacro noſtro militantibus miniſterio*) Non eundem, vt exiſtimauit Accurſius, ſportularum modum litigantibus agentibus in rebus Anaſtaſius præſcribit, quem præſcripſit militantibus in ſacris ſcrinijs l. 12. s̃. tit. prox. ſed eundem quem Leo & Zeno miniſterianis l. vlt. j̃. de caſt. & miniſt. & hoc quidem in vrbe. In prouincijs ſportularum modus eſt leuior, pro parte nimirum tertia, & hoc ſiue ipſi litigent, ſiue procuratores, ſiue mares, vxores, liberi, ſerui eorũ. Ad hęc cõfirmat priuilegia data cẽtenarijs & ducenarijs, & ſubadiuuis l. 4. s̃. & principib. agẽtiũ in reb. l. vl. ti. ſeq.

*Tit. 22. l. 4. Ex agentib.* *Domeſticos in ſuis actibus habere liceat*) hi tamen domeſtici completo actu eundem repetere non poſſunt, l. 5. & 6. s̃. de Aſſeſſ. principum domeſtici poſſunt.

*Tit. 24. l. 7. Scriniis.* *Scrinijs omnib. largitionum*] ſcrinia ſacrarum largitionũ hæc ſunt, exceptorum l. 5. s̄. canon. l. 10. s̄. de murileg. Tabulariorum. l. vlt. s̄. de veſt. olob. numerorum ſiue numerariorum, mittendariorum, aureæ maſſæ, auri ad reſpõſum, à miliarenſibus veſtiarij ſacri, ab argento, à pecunijs. Rerum aũt priuatarum ſcrinia quatuor ſunt, beneficiorum, rationũ, ſecuritatum, largitionum priuatarum, l. vlt. C. Theo. eod. tit.

*L. 10. Palatinos.* *Præcipimus habere priuilegia*] Palatini ſacrarũ largitionum completa militia, & primicerij ſcriniorum de quib. l. 7. s̄. & adiutor officij palatini, qui ſcilicet matriculã tractat, l. 16. & 17. C. Theo. eo. tit. à tyronum collatione excuſantur. Quod & ſcholę agentium in rebus datum aiunt, nec tamen eſt ſupra relatum. Verùm de eo in C. Theo. eſt l. 13. de agent. in reb. & j̄. de priuil. eor. qui in ſacr. pal. mil. l. 2.

*L. 11. ad ſimilitudinem.* *Pro biennio annum*] erant enim antea biennales primicerij ex l. 14. Cod. Th. eod. tit.

*L. 13. Inter alias.* *Tres primicerij*] Atquin plures Marian. ponit & l. 7. s̄. aut igitur deſierunt eſſe plures, aut ex pluribus. quinam hi tres ſint diuinare non poſſumus. Idemq́; de primicerijs ſcriniorum rerum priuatarum dicendum, qui & primates dicuntur l. ſeq. & primi ſcrinij à Mariano; quos fuiſſe quatuor oſtendit l. 7. At l. ſeq. trib. duntaxat eadem priuilegia tribuit.

*Tit. 33. l. Vnic.* *Codicillis perfectiſsimatus*] *Perfectiſsimi* dicuntur præſes Arabiæ, l. 4. C. Theod. de pœnis. & Dalmatiæ à Mariano, & magiſter cenſus, l. 30. s̄. de epiſc. & cler. & primicerij ſcriniorum, l. 7. s̄. de pal. ſacr. larg. l. 7. C. Th. de priuil. eo. qui in ſacr. pal. mil. & olim duces auctore Marcellino lib. 21. Erat & *Egregiatus* quædam dignitas l. 1. C. Theo. de murileg. l. 1. Cod. Th. de hon. eod.

*Tit. 36. l. 1. Stipendia.* *Regreſſo reſtitutoq́;*] accipienda eſt hęc lex non de ab hoſtibus capto, qui ſi redierit non expungitur ſtipendijs & donatiuis, l. pen. ff. eod. ſed de transfuga militiæ à principe reſtituto, qui non accipit ſtipendia & donatiua eius temporis quo apud hoſtes fuit, l. 5. j̄. vnde conſtat errare Barto. qui nõ videtur ſatis conſideraſſe τὸ *reſtitutoq́;*.

*L. 6. Semel.* *Inſtauratio non ſolet concedi*] non ſoluuntur enim militia milites ob aduerſam valetudinem, niſi denũtiarint archiatri perpetuo eos vitio laborare. vnde non mirum ſi ex hac cauſa dimiſſi non temerè reſtituuntur militiæ. vide porro Cagnol. in proœm. ff. ad princ. num. 32. Doct. ad c. *propoſuiſti*. de proba. Guid. Papæ ſing. 491. Bolog. conſ. 5. Marſil. ſing. 127. Syluam Nuptial. lib. 3. nu. 6. ante fin. cum ſeq.

*Tit. 38. l. 6. fortiſsimi.* *Fiſci noſtri commodis vindicetur*] Specialis eſt caſus in terminis, in quibus loquitur, nec extenditur Bald. ad l. *acceptã*. col. 4. quæſt. 16. Cod. de vſur. Alexand. ad l. *Semel mora*. ff. ſolut. matr. num. 2. Iaſon. ad l. *prætor*. §. *ſi aliquando*. ff. de nou. oper. nunc. num. 3.

*L. 13. Lege repetita.* *Vel adærationes ſtatutas*] *adærationẽ* Græci ἀπαργυρισμὸν vocant vt Nouel. 43. & 130. quoties pro annonis militibus pecunia datur, quæ ærariæ dicuntur annonæ l. 14. & 15. j̄. vt æraria ratio Ciceroni. Id verò iure fit, nec obſtat l. 7. s̄. ſi rectè intelligatur. Semel autem pro annonis conſtituta adæratione, non iam annonæ ipſæ, ſed pretia duntaxat pręſtari debent.

*Tit. 39. l. 1. Opinatores.* *Nullis conſiſtentibus familiis*] Opinatores exigunt annonam militarem vel imminent iudicib. l. 11. s̄. tit. prox. Excoctionem panis non exigunt, vbi familiæ nullæ conſiſtunt.

*Tit. 40. l. 4. Militaris.* *Adæratio veſtis à collatoribus exigatur*] Adæratio veſtis largitionibus ſacris infertur vt l. 1. s̄. ita vt quinque eius partes militibus erogentur in nummis, ſexta in veſtibus à gynæciarijs præſtetur iunioribus gregarijsq́;, id eſt], tyronib. & addũt Græci rationẽ τούτους γὰρ οὐ δεῖ πιστεύεσθαι ἀργυρία. ſic autem tyro & Gregarius miles pro eodem etiam ponuntur, vt & iuniores ſæpe in Cod. Theod. qui & caligati. Cedrinus tamen ait iuniores eſſe inſtitutos ſcholares à Iunio Balbo patre Gordiani.

*Tit. 41. l. Vlt. Ne quid.* *Dignitate boniſq́; ademptis exilio perpetuo damnetur*) Abrogantur ergo epidemetica, & occaſione ἀφοπλισμοῦ, id eſt, ne priuatis auferantur arma, exactiones. in Nou. 8. ἀφοπλιστὰς vocat qui priuatis hominib. habere arma non cõcedũt. Fit autem huius conſtitutionis mentio, l. 26. s̄. de epiſc. aud.

*Tit. 42. l. Vni.* *Aut præpoſitorum*) vide ad hanc legem Forcatulum in penũ iuris cap. 20.

*Tit. 44. Quiſquis.* *Mancipio ſcilicet*) hæc non erant in C. Theod. ſed addita ſunt à Triboniano ex l. 6. s̄. qui mil. poſſ.

*Tit. 46. l. 1. Si quis fortè.* *Degenerem latebram præbuiſſe monſtrantur*] Punitur hac lege, tyro, miléſve deſertor, & occultator eius. Præmio autem afficitur proditor eius: ſeruus libertate, quod huic legi addendũ eſt ex l. vlt. s̄. quib. ex cauſ. ſer. pro præm. quę eandẽ inſcriptionem & ſubſcriptionem habet: Ingenuus mediocris loci immunitate, vt in cauſa falſæ monetæ l. 1. s̄. de fal. mon. ideo autem illud *mediocris loci* additur, quia qui ſuperioris dignitatis ſunt, ſatis per ſe à muneribus ciuilibus excuſantur.

*L. 3. Qui relictis.* *Seueritatem iudicis non euadant*] Multa etiam alia ſeuerius in deſertores conſtituta ſunt; veluti vt à prouincialibus opprimãtur impunè l. 2. s̄. quand. lic. vnicui. ſine iud. vt eius criminis abolitio non ſit, l. vlt. in fi. s̄. de abolit. vt morte nõ extinguatur crimen l. 4. s̄. de re milit.

*Tit. 47. l. 1. Cũ introiſſent.* *Nullo munere ciuili, id eſt, corporali vel perſonali, vel deportorio*] igitur immunes ſunt veterani ab onere portorij, l. 9. C. Theod. de veteranis. Item operum publicorum de quo l. 1. s̄. de oper. publ. & collationum extraordinariarum. neq; quidquam debent ciuitatibus vel publicanis ob venditionem proponendam.

*Eadem epiſtola*] i. teſtimoniali dimiſſionis veteranorũ. ſic enim epiſtola etiã accipitur in l. 2. s̄. de deſertor. & alijs quoque locis, de quib. vide Cuiac. ad l. vlt. s̄. de profeſſ. & medic.

*L. 4. Nullus eorum.* *Militare cogatur ſeruare iudicium*] Veterani mutant forum; nec. n. iam amplius militare iudiciũ obſeruare coguntur, niſi ante miſſionem in eo lis cõteſtata fuerit. Sic mulier per nuptias mutat forum, niſi ante nuptias litem inchoauerit, l. pen. de iuriſdict. Sed ipſa ſe prioris iudicis iuriſdictioni volens ſubmittere poteſt; veteranus duciano iudicio ſe ſubmittere non poteſt.

*Tit. 49. l. Vnic.* *Votis communibus felix annus aperitur*] Nuncupabantur vota ineũte anno pro ſalute principis l. *ſi caluitur*. ff. de verb. ſignif. & offerebatur libra auri in 72. ſolidis obryziatis ſiue obryzatis: quo nomine quid ſignificetur vide Cuiacium ad tit. de vet. num. pot. & Cottam in voce *obryzati*.

*Tit. 50. l. 2. Qui numerarii.* *Conſularium atq́; præſidum duntaxat*] Rectè addit hoc de conſularibus & præſidibus, nam illuſtrium præf. prętor. numerarij, vel etiam ſpectabilium cõditionales nõ ſunt. quinimo cingulum militiæ geſtant & tenent qui in officio præf. prætorio numerarij ſunt.

*L. 6. ne diutius.* *Actuarij numerariorum*] *Numerarij* rationes & chartas tractabant in officio præf. prætorio; præf. vrbi; præſidum, & ducum. *Actuarij* palatinorum & comitatenſium numerorũ rationes tractant l. 5. s̄. de erogat. milit. ann. & ita actuarij ſpecialiter accipiuntur l. 3. 5. 10. & 15. C. Theod. eo. tit. de numer. actuar. Alij autem ſunt actuarij de quib. dicetur tit. ſeq. Alij actuarij comitum ærarij l. 3. j̄. de diu. off. Fuere & præf. prætorio, proc. præſidibus, vicarijs, præf. vrbi, ab actis.

*L. 11. Officio.* *Non in biennium ſed in vnum annum*] Numerarij qui rectoribus parent, triennales ſunt l. 2. s̄. quod & de numerarijs præf. prætorio proditum eſt l. 13. & vlt. C. Theod. eod. At numerarij qui ſunt in officio magiſtrorum militũ, annui ſunt; olim erant biennales.

*Ti. 51. l. 16. His tãtummodo.* *Qui legati de diuerſis gentibus*] Priuatis non licet vti curſu publico, niſi legatis diuerſarum gentium ad comitatum feſtinantibus, vide porro Ioannem Aurpachum lib. 1. ſingul. allegat. cap. 9. & lib. 2. cap. 31.

*Tit. 52. l. Vnic.* *Tractoria cum ſtatiuis*] vt hic ita etiam tractorias accipe in l. pen. s̄. tit. prox. l. 2. s̄. de deſert. l. 8. C. Theo. de curſ. publ. l. 2. C. Theo. de dom. & prot. & lib. 3. legum Longobardicarũ.

*Quinque dierum numerus*] Ergo equorum proſecutoribus, licet quinq; diebus eſſe in ſtatiuis. Ferarum proſecutoribus ſeptem l. 1. s̄. de ven. fer.

*Tit. 58. l. 7. Ordinariorum.* *Ordinariorum iudicum apparitores*] Ordinarij iudices in libris noſtris ſunt præſides viri clariſſimi, non viri ſpectabiles vel illuſtres l. 2. s̄. de prox. ſacr. ſcrin. l. vlt. s̄. de mo. mul. l. *omnes*. s̄. de epiſc. & cler. Græci ἐμβαθμοὺς vocant Nou. 20. & 112. In præſidum officio ſunt principes, cornicularij, commentarienſes, numerarij ſiue tabularij, adiutores, ſubadiuuæ, ab actis, à libellis, exceptores. Sunt & qui ſpeculatores dicuntur & ordinarij vt Cod. Theod. tit. de ijs quæ adm. vel off. pub. ger. trad.

*Tit. 59. l. 1. Apparitores.* *Apparitorum æmulatione ſecreta*] Eſt quidem præfectus annonæ ſub diſpoſitione præf. vrbi, & vterq; annonæ ciuilis curam agit. Sed ſeparatas apparitiones habẽt, quas lex confundi & commiſceri vetat, l. 1. Cod. Theod. de cond. in publ. horr. Præfecti autem annonæ apparitores, annonarij dicuntur, præfecti vrbi, vrbaniciani.

*Tit. 63. l. 3. Vtilitas.* *Ob cauſam primipili*] Cauſæ primipili dos non præfertur in hypothecis. Sunt & multa alia ſingularia, vt ſi debitor ex cauſa primipili, vel fideiuſſor aut nominator eius ſoluendo non ſit, dos vxoris fiſco vindicetur, l. *ſatis*. s̄. in quibus cau. pig. tac. contr. Et res etiam ſpecialiter obligata dotis nomine & donata, licet primipili morte confirmata ſit donatio l. *non verum*. s̄. de dona. int. vir. & vxor. Vt fiſco teneantur filij primipili, etiamſi hæredes nõ extiterint, l. *ſi tutores*. s̄. de compenſ. Vt vrgẽte fiſco aduerſus debitores ſuos debitor ex cauſa primipili agat etiã ante diem l. 1. s̄. de condict. ex lege.

*F I N I S.*

DIONY-